

cellos Empiricus, alii disertim *τερπηνόν*, herbam à Latinis *vitrū* vocari scribunt. Plinius à Romanis *glaustum* vocatum scribit (vide caput de glasto, sive Istatide.) Id eorum lingua & olim & hodie *vitrū* significat. Vitri herbæ duæ species; altera sponte nascitur, altera sativa est, quam in segetibus nasci, ait Plinius. Falluntur qui segetes tantum dici putant, frumentum satum. Nam omnino, quod in arvo frumenti more seritur, dicitur seges. Deinde & in segetibus frumenti potest sua sponte nasci satis; quod tamen haec tenus, ut quidem arbitror, non repertum. Quod si objicitur, Plinium intelligere plantam quandam quæ ladanum vocatur, non ladanum quod è cistho colligitur; (& quippe ipse recentiorū improbo sententiam, qui ladanum segetem afferunt, sideritin arvensem augusti folio rubram, vel tetrabit, augustinum dictum; nec video quomodo virens planta contundi & cribrari possit.) sanè Plinius non debuit ejus descriptionem omittere, cum facile confundi possit cum vero ladano; idque vel ob id maximè quod duas species ejus facere videretur, cum ait *utroque*. Sed Plinium de vero ladano intelligere, dubium non est, ab eo postea descripto, quod omnibus notum non esset, cum vitrū non descripsisset, tum quia erat vulgaris herbā, tum etiā quia ibi non tractat stirpium historiam: alibi enim abunde hoc facit. Non igitur Plinius per ladanum plantam ullam intelligit: descripsisset enim, ut jam dixi, vel eō nomine, ut ne cum vero ladano confunderetur. Hanc correctionem merito Nobiliss. Salmasius rejicit, idque quod vitrum herba quidem sit, quæ contundit potest, sed quæ cribrari nequit; hoc enim solis friabilibus convenient. Vulgatam ergo servamus lectiōnem, eamque quo dictum est modo, cum eodem expōnimus Salmasio. Ceterum qua ratione hodie à Cretenis colligatur ladanum, docet Bellonius libr. 1. Observ. cap. 7. Græci colligendo ladano peculiare instrumentum parant, vernaculo sermone illis ergastiri dictum. Est vero instrumentum rastro dentium experti simile; cui affixa sunt multæ ligulae, sive Zona, è corio rudi, neque præparato confectæ. Eas leniter adfricant ladaniferis fructibus, ut inhæreat liquoris ille liquor, circa folia concretus, qui deinde à ligulis per summos solis ardores cultris est abradendus. Itaque ladanum colligendi summus, immo intolerabilis est labor; cum totos dies ardentissimo canicula astu in montibushærere colligentib. necesse sit. Neque vero facile alii ad id colligendū operam sumunt, præter Calotieris, hoc est monachos Græcos. Ladanum, ait Dioscorides, maxime probari odoratum, subviride, facile mollescens, pingue, arenæ squalorisque exopers, ac resinous. Huid cum maximè dissimile sit officinarum ladanum, facile intelligitur, id minimè sincerum esse, sed fabulo, aliisque adulterinis vitiatum; adeò ut parvi vel nullius valoris sit. Vidi tamen sincerum apud Petrum Domiterum seplasarium diligentissimum, cui odor gratissimus; sed tale raro ad nos advehitur; quod plurimis magis cordi sit rem minoris comparare, quam præstantissima à vitiatis feligere. Et hæc de cisto, ladanique.

Kriségo, &c.] *Kriségo* τὸν καὶ τὸν ἄλλον, quod ad lædendum, & pungendum impellatur. Cneori nomine plures gaudent plantæ, chamelæa, thynelæa, aliæque, de quibus libr. 9. cap. ult. *Kriségo*, casiam vertunt. Plinius lib. 21. cap. 9. Ergo in coronamenta folio venere me'othron, spiron, organum, Cneoron quod casiam Higinus vocat. Casia cneoron dicitur; non quod cum aromatica casia aliquam habeat similitudinem, sed quod juxta casas agricolaram nascatur. Plinius libr. 12. cap. 20. ubi casiam herbam cum casia daphnite confundit, *Quin & in nostro orbe seritur, extremoque in margine imperii, qua Rhenus altuit, vivit in alveariis apum sacra*. Color abest ille torridus sole, & ob id simul idem ille odor.

O μὴ δὲ λευκός, &c.] Duo cneori genera, album & nigrum. Idem libr. 21. cap. 9. Plinius. Cneori duo genera, nigri atque candidi; hoc & odoratum, ramosa ambo, florent post æquinoctium autumnum. Hoc, ait, & odoratum: quod de candido accipi deberet, non de nigro. Rectè ergo Theodorus pro *στρους*, ut in Aldino & Basileensi, *στρους* restituit. Miror viris magnos antiquam probare lectionem, ac vertere, album supra terram minus se attollit, nec admodum olet, nigrum valde odoratum est. Alterum, & quidem candidum, odoratum, ait Plinius, candidum Theophrastus, *στρους* scribit. *Ο στρους* vero, non pro gravi, aut exiguo odore posuit, sed odore bono: odoratum enim candidum, ait Plinius. Totam hanc periodum in hunc vertesum; Cneori genera duo, album, & nigrum: albo folium cutaceum, oblongum, figura oleæ quodammodo simile: nigro,

quale tamaricis carnosum; album supra terram minus se attollit (vel, ut Gaza, magis se humili spargit) odoratumque est, nigrum odore caret.

Σχιζοφύλλος. ξυναδίστατον.] Aldinus & Basileensis codex *ξυλοδεστέλλω*; Ita etiam magnus Scaliger & ad radicem transfert. Alii vocem hanc expungunt, vertuntque, radix utriusque in profundum descendit magna, rami multi, breves & lignosi, qui à terra, vel paulo supra dividuntur, tenui admodum; Quam ob causam hisce ad colligendum & comprehendendum utuntur, vittilium modo. Leguntergo, *χιζόμενος γλίαχερος σφράγει*. Scribo, *η μικροῖς αἴσιοι σχιζοφύλλοις*. *ξυλοδεστέλλω* πᾶς ιχνος πλεύ σλω. *χιζόμενος σθε σφράγει*. *διὸ καὶ σχιζότας τοῖς τοῦ οὐρανοῦ καὶ απολαμβάνειν, διστει τὸν οὐρανόν*. Id est; rami permulti, crassi, lignosi, qui à terra, vel paulo supra dividuntur. Materia quidem constant admodum lignosa, sed valde lenta; idcirco ad colligandum & comprehendendum, vittilium modo utuntur. Quid οἰστι, supra libro tertio dixi. Male Gaza juncum vertit, quasi *σχιζόνη*, scriptum esset.

Βασάνις, &c.] Indagandum, an recentioribus cognitus sit cneorus. Utrumque Græci dicunt, *καριπέρης*, & *καριπέρης*. Non est casia aromatica, cum qua Plinius confundit, cneoron. Omnis casia aromatica, est rubra, & odorata: nusquam etiam casia aromatica provenit, quam in India, vel, ut veteribus etiam placuit, Arabia. Cneoron vulgata planta est, in Græcia, regionibusque vicinis familiaris. Utramque casiam non tantum Plinius, sed etiam Grammaticorum filii confundunt.

Virgilius Ecloga 2.

Tum casia atque aliis intexit suavibus herbis.

Ad hunc versum Servius Maurus: *Casia, herba suavisimi odoris, ut sequentia indicant, quam Græci καριπέρην vocant.* Fabulosum hoc est. Quod Græci *καριπέρην* vocant, arboris cortex est, non herba: contra quod Latini vocant casiam, herba est, quæ Græcis *καριπέρης* & *καριπέρης*. Casiam corticem arboris intelligit libr. 2. Georg. *καριπέρης*.

Nec casiae liquidi corrumpitur usus olivi.

Hunc versum imitatus est Persius Satyra 2.

Hæc sibi corrupto casiam dissolvit olivo.

Servius casiam pro herba accepit. Herba est, inquit, *suavisimi odoris*, de qua fit unguenium. Casia arboris est cortex, & pretiosiss unguentis olim addebat; quibus casiam herbam additam fuisse, nusquam legi. Vide cap. 7. libr. 9. Τὰ δὲ ἀλλα πάντα μὲν τὸν οὐρανόν, οἷς τοῖς τοῦ αἰγαίου πάντας τὸν οὐρανόν, τὰ δὲ τὸν οὐρανόν, τοῖς τοῦ Αργείου, τοῖς τοῦ καρπαθίου καὶ τῆς νησίσ. Paulo post, οἷς δὲ οὐδὲ τὰ αἴγαια πάντας τοῖς τοῦ οὐρανού. De eadem casia intelligi debet versus incerti auctoris ad Moecenatem.

Hic tibi corycium, casias hic donat olentes,

Hic δὲ palmiferis balsama missa jugis.

Herbam intelligit Poëta libr. 2. Georg. ubi canit,

Vix humiles apibus casias roremque ministrat.

Ad hunc locum rectè Servius, *herbæ sunt apibus gratae*. Eandem in Ceiti casiam intelligit.

At nutrix patula componens sulphura testa,

Narcissum, casiamque herbas componit olentes.

Mitto Servium. Botanici cneoron album, contendunt esse lavendulum; nigrum, rosmarinum. Coronarium vero Theophrasto eo nomine incognitam. Hanc in coronis expetitam fuisse, ex Athenæi lib. 15. (ubi versus Nicandri ex Libro secundo Georg. citat) probatur. *Σαρκίζοντας τὸν καρπόν* τὸν καρπόν. Idem Galenus, idem Dioscorides, quibus tria libanotidis genera. De duobus quæ non sunt coronaria lib. 9. agit Theophrastus, de coronaria libanotide nobis hoc capite sermo. Nomen *καρπόν* à thure, cuius odorem non nihil refert, impositum. Non omne libanotidis genus Romanis rosmarinus dicitur, sed illud tantum, quo coronarii utuntur. Galenus libr. 7. simplic. *Λιβανοπέδης αττική στολή, μετα μέρη ἀκαρπόν*. αἱ δὲ δύο φίλενοι καρποί — τῆς δὲ εἰς τὸν σεφάνους λιβανοπέδης, λιβανοπέδης, λιβανοπέδης. Libanotidis tria genera, unum sterile, duo fructus ferunt. quod in coronis usum habet, Romanis rosmarinum dicitur. Lego *στρους* ex Dioscoride. Malè ergo Plinius lib. 24. cap. 11. Est & rosmarinum. Duo genera ejus, alterum sterile, alterum cui caulis & semen resinaceum, quod *cachrys* vocatur, foliis odor thuris. Hæc de libanotidis prima & secunda Dioscorides & Theophrastus; vide cap. 12. lib. 11. hist. Latinis quandoque unica dictione rosmarinus

rosmarinis dicitur, ut apud Plinium loco citato legitur. Idem lib. 19. cap. 12. *Libanom locis putridis, & macrū, & roscidis seritur semine, radicem habet olusarii, nihil à thure differentem, usus ejus post annum stomacho saluberrimus, quidam eam alio nomine rosmarinum appellant.* Libanotis, quæ rosmarinus vel rosmarinum dicitur, radicem non habet olusatri, quod Dioscorides de libanotide frugifera altera dixit, πλευραν της μετανοσου. θάλασσαν διαλεγοντες. Radice quidem nititur foris nigra, at intus, si contundatur, alba. Hoc de sinyrnio Dioscorides, quod ab aliquibus Hippofelinum vocatur, eoque videtur à Theophrasto nomine describi. Vide libr. 7. Hippofelinon Dioscoridis olusatum vocari, neminem Botanicorum latet. Rosmarinum coronarium, de quo nobis sermo, radicem habet olusatru dissimilem: lignosa rosmarini, carnosa olusatri: rosmarini nec foris nigra, nec intus alba; medium inter album nigrumque colorem haber, quales solent esse lignosæ radices. De libanotide frugifera Plinium loqui, vel ex eo pater, quod feri semine ait, rosmarinum vero semine feri negat lib. 17. cap. 13. *Sabina herba propagine seritur & avulsiōne. tradunt fæce vini, aut è parietibus latere tuſo mire ali: iisdem modis rosmarinum ferunt, & ramo, quoniam neutri semen. Libanotis ramo propagari non potest; rosmarinum, uti & fabina, semen ferunt. Apud nos rosmarinum quotannis ex semine nascitur; sponte si deciderit, in calidioribus regionibus parvas plantas plurimas creat; in frigidioribus vero, propter gelu, in alterum annum non sunt vivaces. Vidi mus Plinii errata. Supra dixi Latinos quandoque uno verbo dicere rosmarinum: hoc non observant Poëtæ, qui versus gratia distinctis vocibus scribunt ros marinus.*

Horat. lib. 3. carm.

*Parvos coronantem marino
Rore Deos, fragilique myrto.*

Virgilius in Calice.

Hic rhododaphne

Lilitaque & roris non avia cura marini.

Sulmonensi Poëtæ maris ros dicitur libr. 12. Metamorph.

*Vt modò rore maris, modo se violave rosæque
Implicit, interdum canentia lilia gestet.*

Nonnunquam iisdem simpliciter dicitur ros, non addito marinus. Ovid. libr. 4. Fastorum.

Pars ethyma, pars rorem, pars meliloton amant.

Botanicis, & qui de agricultura scripserunt, rosmarinus vel rosmarinum, ut dixi, vocatur. Columella lib. 9. cap. 4. ubi de apum pastione agit. Post hæc frequens fit incrementi majoris surculus, ut rosmarinus & utraque cyathis. Rosmarini nomen impositum videtur, quod folia qua parte minus viridia sunt, quandoque albedine quadam aspersa sint, quæ rorem videtur mentiri: quæ ipsa albedo quandoque etiam in parte viridiore obseratur. Vel nomen illud accepit, quod collibus, roribusque gaudeat marinis. Quæritur, ufrum nomen hoc à Latinis impositum, an vero Græci idem nomen, suo tamen idiomate, imposuerint. Postremum magnos viros probare video, idq; inde colligunt, quod Pindarus eo nomine rosmarinum descripsit. Nemeā Od. 2. VII. οὐδὲ γένος, ἐπειδὴν ιδίωμα αἴμα, conglutinat aurum, inseritque candidum ebur simul,

Καὶ λείγον αἴθημον πονήσας υφελοῖσ' εέρσας.

Et suavem florem à marino decerpsum rorem.

Ita vertunt, ac in hunc sensum versus postremos expoundunt, λείγον αἴθημον πονήσας υφελοῖσ' εέρσας, id est, florem suavem, gracilem & pallidum roris marini decerpens; Vel, ut Lonicerus, amabilem roris marini florem decerpens. Est enim αἴθημον, idem quod τὸ αἴθον, substantivum, non adjectivum: & τὸ λείγον, hic non substantivum, *lilium* significans, sed adjectivum, ιχνὸν τὸ αἴθον, gracile & pallidum, ut habet Hesychius. Sic κύρος λείγον appellari sribit, τὸ κυπερνωμένος, καὶ δεσμανός τὸ τείχος. Significat etiam suave. Sic λιέρος Ἀπόλλων, Apoll. libr. 4. *suavis Apollo, mitis Apollo.* Hinc & apud Suidam est λειψθηλεός, exponiturque, ὁ φεοντεὺς ἔχων τὸν ὄφελον, qui miti & placido aspectu est. Romana & Brubachiana, σφάλματα γε φί-

ται habent, λιέρος. Per μητρία λιέρος, quo minus rorem marinum coronarium intelligamus, nihil obstare video. Scholia stes, alias corallum exponere notat, alias purpuram, οὐδὲ τὸ τριχωτὸν βαθύτα; quod nos parum moramur. Male ergo vulgata reddit, *lilium floridum à rore marinum avulsum.* Ego multo probabilitatem puto eorum sententiam, qui vel *purpuram*, vel *corallum* exponunt. Eam pulchritudinē in rosmarino observare néqueo, quæ vel auro, candidoque ebori comparari potest; nec auro, candidoque ebori conglutinari rosmarinus potest. Insuper si rosmarinus notus fuisset Pindaro, ejus mentionem fecisset Theophrastus. Contra corallum & purpura inter res pretiosas numerata sunt, ac facile auro, eborige inservi conglutinarique possunt, Græcis, etiam Pindaro antiquioribus nota. De corallo superiori libro egi, ex quibus facile candidus videbit lector, cur μητρία λιέρος vocavit Pindarus. Recentiores Græci Διάδοξοι vocarunt, respectu aliarum libanotidum. Rosmarinus enim quasi arborescit. Διάδοξοι non esse thuri arborem, facile probari potest ex cap. 17. lib. II. Cassiani Bassi. Τὸ διάδοξον φασὶ φυτόν τὸν αὐτορίζον τὸ δοκανιδον, κακοποίητον εἰς τὸν γῆν, τὸ νηρούστον. Ιδεῖσαν ἢ τὸ βαρέα τὸν δέρματον ἔχει, οἷς ἡ Δημόκρετος φασι, καὶ τοῖς λειπομένοντος επιμένει. καλαφυπότετη Μαργαρίτη. Dendrolibanum ex vivoradicibus & avulsiōibus plantari ait, depositam in terram & translitatam: jucundum & gravem odorem habet, velut Democritus testatur, & animi defectis auxiliatur; depangitur autem Martio mense. Cardiacis admiscetur antidota à Myrepso & Actuario. Eodem modo propagari rosmarinum, testatur Plinius, confirmat experientia; Διάδοξοι Græcis plantam familiarem fuisse probatur, quod colendi modum doceat Cassianus. Thurius arbor in Græcia nunquam culta, nec in Græciam advecta; quæcumque de thure habent, ex relatiōnōrum habent. Sed nec thus animi defectis auxiliatur. De rosmarino sive dendrolibano hanc fabellam idem Cassianus narrat, Λιέρος Σιριανὸς οὐσια, τὸν οὔρει τὸν φυτόν μειούσκον εἰς τείχον επειγον τοῖς θροῖς ανακείμενον. Εγραποπήσαντος εἰς αὐτὰ, κτενούσιν ἀθροπει δυστοῖσιν, γῆ τὸ πεύκων θρούς, φυτὸς αὐτῆς τὸ πεύκωντος θρονον. Ε τῷ φυτῷ μετεβαλλεῖν. τὸν τείχον θρούς σὸν αφεγέντι ποδον ὅπερ μελδον δὲ τὸ αφεγέντες θρούς μετατείνει, λιέραν σεβίζεις (scribe, σεβίζεις) ή γεννών απαθεῖς. *Libanus Syrum nomen est, & de monte, & de planta.* Adolescentibus autem primit erat deorum cultui dedicatus; quapropter impii homines simulatione ducti, ipsum occiderunt, verum terra in honorem deorum plantam produxit, quæ occisum cognomine reserat, & mutata natura, amore tamen deorum non privatus est; magis enim deleantur dii, si quis ipsos dendrolibani raro coronet, quam si aurum aris conferret. Thurius arbor inter coronarias non recesserunt plantas, sed rosmarinum, Διάδοξοι dictum, quod arborescat, ac odore thus referat. Officinae confectiones quæ ex rosmarini floribus conficiuntur di-

Rosmarinus Latifolius.



vocant, quod ex Actuario & Nicolao habent, qui per excellentiam ejus florem αἴθον vocarunt. Delineatur rosmarinum à Dioscoride lib. 3. cap. 89. Διάδοξος, τὸ Ρωμαῖον

μαῖς καλοῦται ὁσμασίον εἰς τεφαιοτάδοροι χρῶνται, μέσοις εἰς λεπτοῖς, οὐδὲ τῷ φύλῳ λεπτῷ (Oribasius non legit) πυκνά, ἵππηντες οὐ σχύλα, ἵππηντες λεπτά, εὐτὸν εὐτὸν κλωσσα βαρβόσαν. Libanotis, quam Romani rosmarinum vocant, quaue coronarii utuntur, virgultis est tenuibus, circa quæ folia excent minuta, densa, oblonga & gracilia, subter incana, superne virentia, gravi odore. Τὸ βαρβόσον, non oportet profecto accipere odore, sed forti, qui naves implet. Duo rosmarini sunt genera; quorum alterum ligno, caule, foliis & flore aliquantum copiosius est, majus, & efficacius, surculosq; crassiores, & folia latiora obtinet. Majus rosmarinū frutex est lignosus, caudice pollicari crassitie, cubitali aut bicubitali altitudine; ramis multis tenuibus; foliis cum gravitate non injucunda odoratis, circa virgas brevi intervallo frequentibus, oblongis, angustis, parvis, duriusculis, modicum ab atroque latere inflexis, cisto ledo foliis rosmarini ferruginibus, sive ledo Silesiaco non dissimilibus, subtrus candicantibus, superius vero saturi viros. Flores fert è foliorum fini prodeentes, parvos, hiantes, denticulatis ac triangularibus caliculis insidentes, pauca stamina exerentes, ex cæruleo albantes. Succedit semen exile, nigrum; radibus nititur tenuibus, fibrosis, non alte descendenteribus. Odorem spirant folia suavem, jucundum, simulque gravem: saporem habent tenuem, modice fervidum, subamaram, & salivam elicienter. Bis quotannis floret, vere & autumno; sed verno raptum flori apud nos semen succedit, ac maturum fit. foliis non exiutur, sed perpetuo viret. Minus seu tenui-

Rosmarinus Tenuifolius.



folium virgis, foliis, floribus, semine, & reliquis facultibus majori simile est, præterquam quod minoribus hisce confiterat partibus; odorem etiam graviorem nec adeo suavem spirat. Utrumque apud nos in hortis colitur; sponte in Gallia Narbonensi, Hispania aliisque provinciis, locis sylvestribus & incultis nascitur, ac quidem adeo copiose in Narbonensi Gallia, ut perinde ac alia ligna ab incolis uratur. Tantæ etiam crassitudinis caudice provenire, quidam Botanici scribunt, ut ex eo tum citharæ, tum mensæ parentur; cui sententiæ refragantur Adversariorum Auctores. Non tamen mensas, cytharasve ex illius fruticis resecibus, radicibus, surculisque sarmenesis, usquam illis in regionibus concinnatas, nobis videre licuit. Imo cum doctissimorum virorum auctoritate freti, fabros illud rogaremus, ludibrio fuimus. Apud Italos hortorum parietes ornat, & eorundem areas tam eleganti opere circumvestit, ut nullum non animal olitoris mangonio suffragante configat. Fictilibus præterea

vasis plantatur, ut folio quo semper comatur, & odore suo ædium fenestras exornet: nec solum medicamentis est utile, sed etiam in culinis ad ciborum condimenta concinnanda. Eudem quidem usum apud Batavos habet; sed hyberno tempore adversus frigoris injurias muniri debet. Verum unde digressi sumus, revertamur. Nec rosmarinum, nec lavendula cneoron est. Candido cneoro folium cutaceum est, nigro tamarici carnosum. Lavendula folium non est cutaceum, sed durius. Rosmarini nihil cum myrica similitudinis habet: neutri radix magna, quæque altè descendat. Rosmarinum bis floret & vere & autumno, lavendula æstate tantum. Neutrius rami adeo lenti qui ad colligandū, vitilim modo, apti dici possint. Rosmarinum quidem in topariis operibus eam præstat obedientiam, ut quodvis ex eo animal tractu temporis efformari possit, sed lentitiam, ut viçtilium modo in colligando usum præster, non habet. Nec rosmarinum, nec lavendula diu florent; diutius tamen lavendula. Malunt alii chamelæam germanicam cneoron album esse, laureolam vero nigrum. Utraque planta laureola vocatur, sed cum diverso epitheto; ac quidem chamelæa Germanica, laureola folio deciduo, flore purpureo dicitur; altera laureola semper virens, flore viridi; hæc mas, illa foemina Pharmacopœis. Utramq; daphnoidem Diocoridis volunt; & hæc quidem illum, altera alium habet defensorem. Daphnoides à Dioc. lib. 4. cap. 148. Δαφνοίδες: οἱ δὲ οὐ πέλαλοι, οἱ δὲ χαρακιδόφριοι, οἱ δὲ πατέριοι καλοῦσι. Παρισιοι οἱ ιστι πτυχιαῖοι, (alter codex, πτυχιοι τὸ οὐ πέλαλοι, alter, πτυχιαῖοι πλάδεοι) πλάδεοι πολλοὺς ἔχοντες πτυχέοις τὸ πτυχεῖον φυλλοφόρους. Φλαὶς οἱ δὲ πτυχέοις πτυχέοις γλίχρος ισχυρός. (vetus, ισχυρός) Φύλλα διάφρα εισπότα, μαλακότεροι οὐ ισχυρότεροι. Εἰς τὸ εὐκλατι, δέκνονται Εἰς πυργία τὸ σύρις οὐ φορυτα. αἴθη λευκή. Κρεπόν οὐ μέλανα οὐτε πτυχαῖη. μέλανα ἄγρητος (vetus αἰχθεῖος) φύτει οὐ δρεποντος τόποις. Μέλαι οἱ δὲ οὐ τὸ φύλλον αὐτὸν ἔχοντες η παρεργοντος οὐ πτυχιαῖοι πτυχιαῖοι, καὶ οὐ ιμάροις Εἰμηνα. η διαμετροῦσι δοπλιγραπτοῖς. Τοι δὲ οὐ πτυχιαῖοι, κρεπίδει οἱ οὐ καρπὸς αὐτὸν οὐσικού οὐ πτυχιαῖοι, &c. Daphnoides aliqui eupetalon, alii chamædaphnen, alii peplion vocant; exiguus frutex est, cubitalis, ramis multis à medio sursum versus loco modo flexilibus & obsequiosis, siisque foliosis. Ramulos vestiens cortex, supra modum viscosus est: at folia sunt lauri, verum molliora, exiliora, fructuque contumacia, quorum guttatu os faucesque mordentur, & ascenduntur: flores candidi, fructus cum ematuruit, niger; radix supervacua. Nascitur in montosis. Folium seu aridum, seu recens, potu puitos per alium dejicit. vomitus quoque & menses ciet, quin & commanducatum pituitam à capite extrahit: sternutamenta etiamnum movet. Ceterum & quindennæ ipsius baccæ potæ purgant. Cur daphnoides, cur chamædaphne, cur eupetalon dicatur, neminem latere arbitror: quod scilicet laurum mentiatur humilem, foliaque pulchra ac resplendentia habeat. Peplion dicitur ob fructus & facultates peplio similes. Pro iοχνότεροι, quod vel exiliora, vel tenuiora interpretari debet. Lacuna in veteri codice iοχνότεροι, validiora, scriptum refert. Quam lectionem viri magni probant, idq; quod Plinius lib. 15. c. ult. daphnoides crassiore, molliore; folio quam laurum prodidit. Sed & Serapio iοχνότεροι potius, quam iοχνότεροι legisse videatur: siquidem illius interpres tenaciora vertit. Ego cur vulgatam rejiciam lectionē, causam nullam video; sed & hanc defendit Oribasius. Si daphnoides ea, quam vulgo existimant, planta, tenuiora exiliioraque quam laurus habet folia, nec ex Plinio probari potest iοχνότεροi scriptum fuisse. Crassiora, inquit, esse & molliora. Nihil impedit quo minus crassiora mollioraque simul sint & tenuiora & exilioria; quod τὸ iοχνότεροι, significat. Tenaciora dixit Serapionis interpres, quod fractu contumacia scriberet Diocorides. De daphnoidi hæc Plinius lib. 15. c. ult. Id quoq; quod daphnoides vocatur, genus, in nominum ambitu est: alii enim pelasmum, alii eupetalon, alii stephanon Alexandri vocant. Et hic frutex est ramosus, crassiore & molliore, quam laurus, folio, cuius gustatu acceditit os atque guttur, bacis ē nigro ruffas. Pelasmum & Stephanon Alexandri daphnoides vocari tradit. Supra lib. 3. cap. 17. laurum Alexandrinum Stephanon Alexandri vocari dixi, quod eo Alexander, non Macedo, sed Paris, coronatus fuerit. Pelagon eadem dicta, quod in Troia aggeribus cumulisse nasceretur. Ineptè ergo daphnoidi adscribit, quod Alexandrinæ lauro deberunt. Utrum crassius, an tenuius folium daphnoides habeat, non tradit Diocorides. Laureola quam daphnoides, scribunt, crassioribus est foliis. Bacis ē nigro ruffas ferre tradit; quod de bacis nondum perfectè maturis, intelligendum viri maximi existimant. Immo lauri Alexandrinæ & daphnoidis confundit historiæ Plinius. Alexandrina laurus fructu rubro iουητα, daphnoides

noides nigro, *μικρα*. Hinc Plinius è nigro ruffas baccas tribuit daphnoidi. Idem lib. 23. cap. 8. *Daphnoides* (*sive his nominibus, quæ diximus*) *sylvestris laurus prodest, alius solvit, vel recenti folio, vel arido, drachmis tribus cum sale in hydromelite manducata. Pituitas extrahit folium, & vomitum, stomacho inutile. Sic & bacca quinæ deneve purgationis causa sumuntur, &c.* Hæc corrupta, confusa, & perturbata. Antiquus noster codex; *Daphnoides sive his nominibus, &c.* Alter codex, *Daphnoides sive omisis iis qua diximus. Scribe, Daphnoides, omisis nominibus quæ diximus, laurus sylvestris est; alium solvit vel recenti folio vel arido, drachmis tribus, cum sale in hydromelite manducata, pituitas extrahit. folium & vomitus, stomacho inutile. sic & bacca quinæ deneve purgationis causa sumuntur. Omisis, inquit, nominibus, quæ recitavi libr. I. Ab aliis partim daphnoidi, partim lauro Alexandrinae tributa. Lau-*

Laureola.

reola crassioribus & decidatis foliis, cubitali, quandoque & bicubitali altitudine fructicat, plurimisque ramis ampla diffunditur, qui lenti, flexiles & obsequiosi sunt, corticeque obducti crassiore, per quam renaci, & laceratu difficili. Folia paulo superius, quam à medio caule sursum versus ac circa ramulorum fastigia, plurima, & numerosissima fert, oblonga, lata, crassa, densa, carnosæ, lævia, è nigro virentia, ac nitentia, laurinis similia, sed minora, ad majoris myrti accedentia, non tamen odorata. Flores primit infra folia multos, densos, oblongos, cavos,stellatos, calathis gracilibus non diffimiles, è virore subcandentes, vel luteolos. Succedunt baccæ initio virides, demum, ubi maturæ sunt, nigrae, laurinis quodammodo similes, sed minores, nucleo intus duro, cannabis semine paulo longiore, medulla interior candida est. Radice nititur lignosa, lenta, multiplex, altè descendente. Folia, fructus, cortex tam radicis, quam ramorum, acrimonia sua & urendi qualitate linguam faycesque mordicant & incidunt. Flores prematur germinant; paulo post æquinoctium aut umani, hyeme, si clementior fuerit, vel primo vero perficiuntur, ac diu satis conspicuntur. Fructus æstate maturescit: stirps est perpetuo virens, & adversus frigora hyemisque injuriæ obdurrans. Batavi in hortis colunt. Sponte locis montosis, asperis, incultis, umbrosis, ac sylvosis tractibus, ut apud Lemanum lacum, ac non paucis juxta Rhenum & Mosam locis nascitur. Nostrates fructum, uti & chamelæ Germanicæ, piper montanum vocant. Omnes notas quas Daphnoidi Dioscorides tribuit, stirps hæc haberet; nisi forte quis contendat florem non satis convenientem. Sed respondet veteres florū colores, non adeo stritè sumpsisse, ac album dixisse colorē qui-

ad albedinem vergit; qualis flos lanreole. Germanica cognominata chamelæ frutex est surculosus & lignosus, bicubitalis, aut altior, si cultura accesserit; lentis, lequacibus ac dodrantalibus ramis, cortice obscurè viridante circumvestitis; foliis oblongis, latiusculis, mollibus, pallide

Chamelæ Germania.



& obscurè virentibus: flosculi secundum ramulos excurrentes, odorati, colore dilutè rubentes, purpurei: quibus cadentibus, sequuntur baccæ rotundæ, ochæ ferè magnitudine; cum maturuere, rubentes, resiccatae nigricant. Inferior harum nucleus cannabis semi simili, medulla refertus candida; radix longa, atque dimittitur. Hyeme adventante folia cadunt: florum germina statim post autumnum primit; qui, si hyems clementior, mense Februario panduntur; sin rigidior, primo vere. Folia post flores mense Aprili excurrent, baccæ æstate maturescunt. Magnitudine differre, observarunt recentiores; idem flore albo reperi tradunt. Apud Belgas hortensis est; reperiatur Jocis asperis & desertis Germaniae, sylvis etiam umbrosis. Prior laureola majorem cum daphnoide similitudinem habet. Polia quippe lauro similiora; flos etiam retius albus dici meretur. Germanicam chamelæam album, laureolam nigrum cneorō esse asserunt viri magni. Et negari, quidem non potest utrique magnatū similitudinem esse cum cneoro: attamen neutrām pro cneoro habere possum. Candidam Theophrastus folio cutaceo, oblongo quadammodo oleæ describit, ac humi spargi. Chamelæ Germanicæ folia cum oleæ quadammodo comparari possunt, sed neutquam humi spargitur, semper in rectum attollitur. Nigrum cneorum folium myricæ habere tradit; cum qua laureola ne minimam quidē similitudinem habet, sed lauro, aut majori myrito simile foliū habet. Verum pro μυριν, eidem μυριν restituant; qua freti auctoritate, ignoro. Sed facilis unius litteræ lapsus. Neutrū rami à terra vel paulo supra dividuntur, nec crassi sunt. Alii thymelæam & chamelæam cneora faciunt, ac quidem thymelæam cneorum album. Cneorum, inquit, Theophrasti eundem esse cum thymelæa Dioscoridis, facile evinci potest. Theophrastus duo genera facit cneori, nigrum & candidum: candido folia oleaginea esse tradit, unde θυμελαια dictam esse appareret. Dixit lentum esse & flexile: δέ τοι γεννηται αργες τὸ κρατεῖον, πάσῃ τῷ σώματι. Dioscorides scribit thymelæam linum vocari. Διόρισε τὸ κρατεῖον τὸ φύσι τὸ παρθένον. Ad vinciendum similem habet naturam genitæ, quæ spar-tolinum dicitur. Reliqua omnia convenient. His accedit, quod Thymelææ folium antiqui cneorō vocarunt, ut libr. 9. cap. ult. ubi de thymelæa agendum, dicam. Videlicet

deamus quæ contrarium docent. Thymelæa multas tenues & rectas fert virgas; sed crassas, & humi sparsas cneoron. Thymelæa non statim à terra, vel paulo supra in plures dividitur ramos, sed circa medium stipitis; contra cneoron. Item radices magnas & alte descendentes habet; per superficiem repentes thymelæa, nec magnas. Cneoron post æquinoctium autumnum floret; thymelæa mense Iunio. Chamelæa oleæ similis, non myricæ aut myrto; floret Aprili, tenues quoque, & rectas fert virgas, nec radicem aliter descendantem habet. Mathiolus alias plantam Cneori nomine ostendit, quam Clusius liber. i. hist. cap. 59. his verbis describit: *Illi subiectum existimavi elegantem tunc suffruticem, cui multi sunt rami graciles, (Theophrastus magis, crassæ) flexibiles, lenti, surculosi, ab ipsa protinus tellure emergentes, & humi diffusi; folia nullo ordine disposita ramulos ambient, viridia, cutanea, thymelæa vera proxima, ingrati primum, dein amari saporis, nulla, ant perexigua acrimonia prædita. Flores in summis surculis sex, septem, aut plures, conferti, quatuor foliolis constantes, ex rubro-purpurascens, centaurei minoris florum penè emuli, ingrati etiam & amari saporis, aspectu tamen pulcherrimi, atque odorati, caput (si diutius naribus admoveatur) tentantes. Iis succedit fructus exiguus, Thymelæa fructui haud dissimilis, non ruber quidem, sed candidus, oblongusculus, semen continens cinerea membrana tenuum, rotundum, thymelæa grano par.* Radix longa, minimi digitii ut plurimum crassitudine, interdum nigricans, majore vero ex parte flavescentia, lenta, superna parte nonnunquam gracilior, unde rami flexiles & humi dispersi emergunt, & subinde secundum alarum cava, satis crassas fibras flavescentes agunt. Aprili plerumque florere solet, nonnunquam etiam Mayo; fructus maturus est Iunio. Adeo autem secundus est hic suffrutex, ut sepe numero ter codem anno floreat, nonis floribus semen semper consequentibus, quod probe maturū, bis eodem anno de una eademque planta colligere Vienne memini. Provenit in multis montibus Vienne vicinis. Nascitur etiam in Pannone & sylvis editiore loco sitis, ultra flumen Rhabum, sive Aramonem. Frequens etiam crescit, quibusdam siccioribus pratis Francofurto ad Mænum vicinis, præsertim sylva quadam quercubus consita, circiter miliare infra eam urbem ad sinistram, inter ericas; ibi etiam illam candidis floribus variantem conspiciebam. Omnino fatendum proxime ad Cneoram hanc plantam accedere, quem pro Cneoro albo, capite de cinnamonio commentariis in Dioscoridem ostendit doctissimus Mathiolus.

[Tūs δέσματοι.] Fœminino genere profert Theophrastus; idem facit Dioscorides, idem Plato, teste Athenœ lib. 2: Θηγανᾶς δὲ Πλάτων ἡ Κάλυψη. ἡ τὸ Αργεδίου σῶτα δελφινίοντος δέσματος, Fœminino genere protulit Plato, sive Cantarus. Ex Arcadia hic origanum acerriman. Alii Masculino genere pronunciant, teste eodem Athenœ lib. 11. "Οπ ἔξεται δοσηκοῖς δέδυμος καὶ δέσματος. Αἰαχειδίους ἀπόφερεν. χρόνος τε πέμπτων τὸ δέσματος τὸ πέλεκος ὁμοῦ μικτὴ κοστελλαρδ." Ion. αὐτῷ οὐ ιματίων τὸ δέσματος τὸ ζεύς καθέδει. Origano & thymum genere masculino dixerunt. Anaxandrides. asparagum concidit ac scillum (Interpres, lentiscum) & origanum, qui admixtus coriandro, saltem gratiam addit, & ornamentum. Ion. eius manu obditus est statim origanus. Verbi τε κανθάριοι tempus est mutatum, ut in origano genus masculinum indicetur; aliis placet neutrius esse generis. Id in Athenœ, οὐδεῖνος Επιχαριος καὶ Αυεψιας, neutrō Epicharrius & Ameipsias. Postremo recentiores sequuntur; hodie enim paſſim, τὸ δέσματος dicimus. Origani nomen accepit, quod montanus gaudet locis; sed tum per diphthongum δέσματος scribendum. Phavorinus, δέσματος. θηλυκῶς Αθηναὶ λέγουσι δέσματος βούνην ἀφειλεῖ Λειδ διθύρον γεράζει. Εὶς δὲ τὸ δέσματος δοκτήριο. καὶ τὸ δέσματος, οἱ ομειναὶ κατεχεῖ, καὶ τὸ δέσματος. Origano Attici muliebri genere pronunciant. origanum herba. præstat per diphthongum scribere: oreigani enim vox constata est ex dativo ἐπᾱ monti, & τὸ δέσματος, quod significat gaudere. Locis montosis nasci, extra controverſiam est. Herodianus dictum origanum contendit, εἰς δέσματος, videre, καὶ τὸ δέσματος, clarifico; quod aciem oculorum illustret. Idem Phavorinus, η̄τη δέσματος & δέσματος, τὸ λαρυπένιον δέσματος ποτε τὸ δέσματος. Hoc etymon parum arridet. Hippocrates lib. 5. Epidem. δέσματος δέσματος καὶ τὸ δέσματος (scribe πιθαρός). M S. Codex habet, δέσματος & πιθαρός) καὶ δέσματος. origanum oculis & dentibus poro exhibitum noceat. Rationem dat Aristoteles s. c. 31. probl. 9. quod tantummodo exsiccando cutem induret, nec lachrymas cieat. Διὰ πόθου μάστιχες ἐνοι, δέσματος δέσματος. η̄τη τὸ δέσματος δέσματος τὰ δέσματα; πολλάκις δὲ η̄τη πικνότης δέσματος τὸ δέσματος. δέσματος δέσματος συμφίει, οἷον καρδιμόνιον. θεραψεύ δὲ πιθαρός, οἷον δέσματος. Cur nonnulli post lippitudinem acutius videant? an quia purifi-

catione oculis sunt? Fit enim sēpe, ut exterior densitas pupillæ aciem arceat, quæ lachryma emissâ laxatur, atque reficitur, quamobrem prosunt interdum quæ mordent, lachrymamque evocant, ut cepe: obsunt quæ tantummodo afficant, ut originum. Errant ergo viri magni, qui cunilam Gallinaceam Plinii origani genus esse putant. Peſſimè ipſe Plinius à Græcis heracleoticum origanum vocari tradit. Plinius lib. 20. cap. 16. Est alia cunila gallinacea appellata, nostra Græcis origanum Heracleoticum. prodest oculis trita aceto. Nemo Græcorum hoc tradidit. Gallinacea dicta videtur, quod ejus ſemen galli gallinacei appetant. Alia Apulei videtur opinio. Origanum, inquit cap. 122. à Græcis Heracleoticum, Onitis, Asclepium, panaces, conila appellatur. Latinis cunilam Gallicam & origanum nominant. Nemo asclepion genus quoddam origani vocari dixit; nec Gallia cunila, quaſi in Gallica proveniat, dicitur, sed Gallinacea. Sed demus Librarii mendum esse. In Gallia cunila iſta non proveniebat, sed ex Ponto afferebatur. Plautus in Trinumino,

— Non est illæc ubi thus gignitur,
Sub ubi absinthium fit, atque conila gallinacea.

Absinthium ex Ponto. ergo & indidem conila gallinacea; quam Heracleum origanum vocari, Plinius ait. Reſtituſ ergo à contrario nomen impositum scripsisset, vel quod intuentibus torva fit & inamabilis. Suidas refert hoc carmē ex Aristophane. Παριζοὶ οὐτός ἀρπεῖ τὸ λημανὸν βλίπτων τὸ δέσματος. πρέβεβο με ἵψιν ἀντί φρεσον. θερμὸν γέ. Theodosius Grammaticus per iota, sive i simplex scribi ait, atque à εἰς, id est, algeo, factum riganon, id est rigens, additoque ἡ parvum factum origanum, quasi frigus aliquod, per antiphrasin: calſacit enim. Hinc apud Atheneum lib. 3. οὐτεὶς τρεῖς τὸ δέσματος φιλοῦ, putridaſalſamenta amant origanum. Acri ſucco & odore ſuavi facit, ne putris odor percipiat. Hesychius Origanum ἀντί φρεſον vocari tradit, αντί φρεſον δέσματος. Cur αντί φρεſον vocetur, ignoror. Quæritur, utrum orontium, cuius meminit Archigenes apud Galenū lib. 9. καὶ τόνος cap. I. ubi de remedii qua Archigenes ad ietericis conſcribit, agit, fit origanum, an alia quædam planta; Η τὸ λαρυπένιον δέσματος βασίτην ποτε δέφενται, η αφεύνεται, λοῦται αφεύνεται, καὶ κατεχεῖ οὐδέποτε τὸ δέσματος χλωρεῖ, aut herbam orontium appellatam coquito, & cum decocto lavato, & decoctum confestim viride reddeſ. Ad hunc locum doctissimus Cornarius; Quam bic Archigenes Orontion herbam appellat, dubito equidem an bic recte legatur in Græco exemplari, η τὸ λαρυπένιον δέσματος βασίτην ποτε δέφενται, quum orontium herbam apud nullum utriusque lingua scriptorem reperiā. Quare merito mihi diu locus ſuſpectus fuit, donec tandem in eam opinionem venerim, orontion herbam nullam aliam esse, quam origanum alijs appellatam. Et fortassis etiam δέσματος pro δέσμον est legendum: niſi & hæc una est appellatio, qua origanum signatur. Hujus enim ſuſpicione gratia lectionem mutare non luimus; hoc tamen aperte afferentes, nullam aliam esse orontion, sive recte, sive corrupce dictam, quam origanum, facultatis ſectoriae, attenuatoriae & calfactoriae à Galeno descriptam. Ob quas vires utique hoc præſtat, quod hoc loco de ea Archigenes testatur, nimis quod decoctum ejus in balnei uſum ietericis vitiatum colorem detrahit; ita ut ipsa decocti aqua statim viridis reddatur. Atque hujus rei testimonium nobis ex Dioscoride ſuppetit, qui libro 3. de Origano ſic ait, καὶ ποτε δέσματος δέσματος η τὸ λαρυπένιον τὸ αφεύνεται αὐτὸς τὸ λαρυπένιον αφέται, pruriginī autem pforæ, ac morbo regio decoctum ipſius in balneo prodest. Quin & ejus rei ego teſtis effe possum, qui & anteā quam hunc locum legerim, ac poſtea, ac nuper ab ejus lectione, confidentius ejusmodi decocto pro lotura ietericis uſus, origani hanc facultatem effe ſum expertus. Hanc ſententiam qui improber, repperi neminem. Unum tamen aut alterum impedit, quo minus eam amplectar. Primum est, quod origanum planta fit vulgaris, δέσματος, minime. Quod si vulgare effe, non opus effe addere uocem λαρυπένιον; utpote qua vox non apponitur cognitis plantis. Alterum est, quod ait, decoctū orontio confestim viride reddi, cum tale nihil origanum præſter. Ietericis quidem prodest, sed viridi colore aquas non tingit. Vide plura de orontio cap. de autyrrhino. Malè Suidas γλυκῆς θηλυκῶς λέγει τὸ δέσματος. οἱ δὲ βλαχοὶ φασι λίχεται. Alia omnia

nino planta est, quæ vel *βλαχά*, vel *γλυκά* vocatur. Pulegium, ut suo loco dicam, *βλαχά* Græcis dicitur.

[*Η μίχαρια.*] Duo inquit genera origani, nigrum & album; nigrum sterile, fructuosum candidum. Plinius lib. 21. cap. 10. *Totidem & origani in coronamentis species: alterius enim nullum semen, id cui odor est, Creticum vocatur.* Totidem, inquit, *& origani, id est, totidem ac cneoro genera origani: cneoro duo, ergo & origano.* *Id cui odor est Creticum vocatur.* Nemo veterum memoriae prodidit, alterum origani genus odoratum, alterum inodorum esse: omnia origani genera sunt odorata. Dioscorides plura novit origani genera. 1. Heracleoticum. 2. quod appellatur omnis. 3. sylvestre, 4. tragorigarum primum & secundum. Heracleoticum lib. 3. cap. 32. describit. *Οειχασ Ηεραλειτικήν, οἱ δὲ κονίλιον καλοῦσι, Φύλλον ἵκει μηφύσεισ οσπών οινάδιον οἱ εὐ τερχομέδες (Catacur. τερχομέδες) αἴδην αὔτη δημηθρόν, τῇ ἐπ' ἄκραι τοῦ βάσιου τῷ αὐτεμα επικρότον.* *Eτι δὲ θεματική.* *Origanum heracleoticum, quod nonnulli cunilam appellant, folium habet hyssopo non dissimile: umbellam autem non in rotæ speciem orbiculatam, sed veluti divisam, & semen in summis virgis handquaquam densum. Vim habet excalasciendi.* *Οι δὲ κονίλιον καλοῦσι, ait.* Hæc res errandi occasionem Plinio dedit; qui lib. 20. cap. 16. cunilam vulgo dicetam turpiter cum origano confundit, cunilæque adscribit, quæ Græci de origano tradiderunt. *Cunila,* inquit, præter sativæ plura sunt in medicina genera — Item testudines cum serpentibus pugnaturæ, hac se muniunt, quidamque in hanc usum panacem vocante. Aristoteles, ex quo hæc habet Plinius, lib. 9. Hist. anim. c. 6. testudinē, cum viperam devoravit, origanū editare scribit. *Η ἵκει αἰν. δέ τοι ἵκειον φαῖται περιθετὸν τῷ δέρζατο, καὶ τὸν κανθάρον τὸν τοῦ πολλαδίου πειθεῖται εἰπεῖν.* *Εἰπεῖν γενοτεμόν τῆς δέρζατον, πάλιν ιππή τοι, ἵκει περινοθέρων, εἰπεῖν τῷ δέρζατον τούτῳ τῷ συμβάρε, απίσταντος τοι.* Testudo cum viperam devoravit, mox esitat (vertunt Plinii auctoritate fæti, cunilam bubulam) origanum, atque hoc observatum est. Quidam igitur cum id conspexisset, sepe hoc eam facere ut gustato origano ad viperam remearet, extirpavit herbam, quo facto testudo interiit. *Τὰς καλάνιας φαῖται, οἷας ιχθύας φάγασιν πειθεῖται τῷ δέρζατον, οἱ δὲ μὲν δέρζατος δέρζατον πειθεῖται, πολλοὺς δὲ δέρπιον γέρατον τῷ αὐγενέλετον, εἰ τοῦτο δέρζατον, οὗτοι εἶδοσιν αὐτὸν τῷ δέρπιον, μὲν μηρούς αὐτοῦ δέρπιον πειθεῖται.* Testudines ajunt, quando serpentem deglutiverunt, mox origanum insuper vorare, id nisi promptum statim inveniant, interire, multosque ruri agentes cum id experiri vellent, captata oportunitate origanum evulsum querenti præripuisse, eoque animans in ipsorum conspectu subito interiisse. Antigonus, τῶν δὲ καλάνιας οἵτινες ὅφεις φάγηται πειθεῖται τοῦ πειθεῖται. Testudinem ubi serpentem edit, origanū super edere, & quodam tempore fuisse, qui re observata, origanum evelleret, itaq; testudinem co-destitutam periisse. Plutarchus in Brutorum dialogo. *τις δὲ τὰς καλάνιας εἰδέδει τὸν ἵκειον φαγόντας τὸν ὄργανον πειθεῖται; quis docuit testudinem devorata viperæ, origanum superedere?* Cassianus Bassus lib. 15. c. 1. *γέλων ὀφίων φαγεῦσαν τοσούτην ἐπιφαγῆσσα τὸ δέρζατον ὑπάντει.* testudo a serpentem ipsu egrotat, si vero origanum superingesserit sanare redditur. Malè ergo Plinius cunilam bubulam editare scribit, malè testudinem cum serpente pugnaturam origano se munire tradit. Mustelam rutam præ commendare, tradunt Aristoteles & Antigonus. Aristoteles lib. 9. hist. anim. cap. 6. *η γελῶσι τοις ὄφεις μαχηταῖς, τοις δὲ τοῖς πειθεῖται.* Mustela pugnaturæ cum serpente rutā præ commedit. infestus enim odor serpentibus. Idem Antigonus; *Τῶν δὲ καλάνιας οἵτεν μαχηταῖς μὲν τὸν ὄφιον εἰπεῖται, τὸν δὲ μηρόν.* *καὶ τοῖς πληγαῖς οἵτινες οὐδὲ τὸν ὄφιον βοηθεῖται πολλαῖς τοῖς ἀπεργατοῖς δημήταις καὶ ποδίοις.* Mustelam, priusquam cum serpente pugnam ineat, rutam edere, cuius odor serpenti est inimicus; qui & contra serpentum ieiustus, merum per rutam decolatum, & potum prodeesse. Nihil sequitur clarum, quam duas diversas historias confundi à Plinio, & quod alterius est, ad alterum traductum. Sed verba Plinii non videntur satis sana, quod ostendunt libri veteres, ut Nobiliſſ. monet Salmasius. Ira optimus Thuanæus; *Et contra serpentes in vino bibitur, ac tritum plagiæ imponitur, vulnera ab his facta perfriunt;* item testudines cum serpentibus pugnaturæ. In Rigailiano scribitur: vulnera ab his facta perfriente testudinem cum serpentibus pugnaturæ. In altero recentiori; vulnera ab his facta perfriuntur. Item testudines cum serpentibus pugnaturæ. Nullus liber ea verba agnoscit; *hac se munit,* quæ à correctoribus attexta esse liquido, inquit idem Salmasius, mihi constat. Monet doctiss. Pintianus, in veteri codice perfriant legi; non, perfriantur. Idem Pintianus, erratum esse in ordine verborum existimat, scribendumq; ad hunc modum. *Contra serpentes quoq; in vino bibitur, ac tritū plagiæ imponitur.* item testudines cum serpentibus pugnaturæ hac

se muniunt, vulneraque ab his facta hac perfriant. Clariss. Salmasius sic farciendam illius loci labem judicat: *vulnera ab his facta ibes fricant; cutē testudines cum serpentibus pugnaturæ.* Aristoteles lib. de historia animal. lib. & cap. quo lupra. *Οι δὲ πλευραὶ, οἱ δὲ κατὰ τὸν ὄφιον, οἱ δὲ κατὰ τὸν παχυπόδιον ἀποτελοῦσι τὴν ὄφην,* Ciconie atque aves acceptis in pugna vulneribus origanū (Interp. cunilam bubulam) impununt. Nec dubium ciconias saepé vulnerari à serpentibus, quas venantur. Ibes quoq; ab Egyptiis suis contra serpentibus invocantur, easq; gratissimum habent pabulum, & est πλαστικός ὄφεις. Verisimile autem est & Ciconias & Ibes, dum serpentibus appetunt & capiunt, saepé ab his vulnerari. Testudines etiam quæ serpentibus comedunt, vix aliter fieri potest, quin saepenumero ab his vulnera accipiunt dum eas captant, & vorare parant. Ideo cutem suam origano fricant. Quod tamen credo Plinius ab aliquo hodie incognito auctore habet, ut & illa omnia de variis generibus & differentiis cunilarū. Propemodum, inquit Salmasius, ausim præstare, Pliniani illius loci verā eā esse quā posuimus emendationē. Ut ut sit, certa est de origano ab auctoribus, hæc prodiit esse, quæ hic de cunila bubula narrat. Sequitur, quidamq; in hunc usum panacē vocant. Dioscorides origatum, panacem à quibulam vocari tradit.

Turpe est doctori cum culpā redarguit ipsum.

Paulo ante ad finem capitinis reprehendit eos, qui cunilam bubulam appellant, quod alii vocant panacem. Sunt & qui cunilam bubulam appellaverunt, ut diximus, fallo. Cratevam reprehendit Plinius; idem de ligustico panace id intellexit. Cratevas enim ligusticū nomine cunilæ bubulæ vocandū censuit. Plinius lib. 19. cap. 8. de ligustico. Panacem aliqui vocant. Cratevas apud Græcos cunilam bubulā eo nomine appellati. Cratevas falso ligusticū putavit, appellari nomine cunilæ bubulæ, cum hæc sit origanū sylvestre, ut infra ostendam. Ex his quæ attruli, constat, cunilæ bubulæ appellatione apud Plinium origanum debere intelligi. Sed origanum semē pulegii non habet, quale Plinius cunilam bubulam habere tradit. Pulegium minimum habet semen, exiguis & denticulatis caliculis, quibus origanum caret, insidens. Videamus reliquos Plinii de origano heracleotico errores. Heraclium, inquit lib. 20. cap. 17. quoq; tria genera habet; nigrius, latioribus foliis, glutinosum, alterum exilioribus, mollius, sanguino non dissimile, quod antiqui præfatio vocare malunt. Tertium est inter hæc medium, minus quam cætera efficax. Optimum autē Creticum: nam & jucunde olet: proximum smyrnæum: deinde heracleoticum ad potum utilius, quod enītē vocant. Augiæ stabulū: quot verba, tot ferē errores, vix sciounde exordiar. Tria, inquit, genera origanū heraclium habet. Pro heraclium, scribo, Heracleoticum. Dioscorides, Galenus, cæteri, tria inquiunt origani genera; heracleoticū, omnis, sylvestre; quib. quartum addunt, quod tragoriganum vocant. An ergo quod in genere Dioscorides, Galenus, cæteri, de origano, soli heracleo adscribit Plinius? Non puto. Pro Heraclium, non Heracleoticum, ut dixi, scribendum, sed, tragoriganū. Atqui duo tragorigani genera. Fatae; sed ex verbis Dioscoridis malè intellectis, tria genera finxit Plinius. Dioscorides lib. 3. cap. 35. *Τρεις γένη γενείας θεμάτων (vetus θεμάτος) εἰσι, οειγάρια η ιερόποδας αρριώσουσι τὰ φύλα. Εἰ τὰ κλανίσαι η μὲν τοις διεπιστεύοντας τοῖς τομέσι τριπλεγούσαι τὰ πλανύφυλλα, η πλανύφυλλα, η πλανύφυλλα ingens (pro πλανύφυλλος, Scholastes, εἰπόφυλλος: pro καλλάδης, Aldus, καρπάδης).* Vulgaram lectionem probo, quam sequitur Plinius, nīam & Oribasi auctoritate. Vir magnus *ρευστὸς* legendum contendit; quod vel ea sola de causa improbo, quod, ut dixi, Oribasius & Plinius vulgariam defendant. *Ιηδὲ τοις επιλόγοις η λεπτόφυλλος, λιθος επειστοι εποιησάσθεται.* *εργάτης οἱ Κιλικίης, οἱ οἱ Καί (vetus Καίς) οἱ χιονοί οἱ Σμύρνη, οἱ οἱ Κέρτη.* Tragoriganū exiguus est frutex, folio & ramulis origano aut sylvestri serpylo simili. Quoddam pro locorum ratione letius ac speciosius, foliisq; atrioribus inventur, satis glutinosum: (Aldinum si sequamur exemplar, vertendum gummosum. Doctiss. virorum lectionem si probamus, Foliosum & comas, comis vel foliis densum. Rident Plinum viri maximi, quod *ρευστὸς*, ut Aldinum haber exemplar, verterit, glutinosum. Verum non Aldinam lectionem, sed vulgaram, quam veram, legitimamq; dixi, sequitur Plinius.) Alterum gracilibus est surculis, exilioribus foliis, quod etiam prasium aliqui vocant: Optimum est Cilicum, quodque in Co, & Chio, Smyrna, Creta que provenit. Omne tragoriganum Dioscorides folio & ramulis origano, aut sylvestri serpylo simile ait: deinde dividit in duo genera, latifolium, & tenuifolium. Inde tria genera finxit Plinius, ad Anagnostes verba non satis attendens. Falluntur qui Plinium hæc ex diversis auctoribus Græcis, vel ejus Libertos collegisse arbitrantur: ex Dioscor. male, ut dixi intellecto id habet. Primum igitur tragorigani vel heraclii (ut vulgatus codex habet,) genus, quod speciosius ac lætius propter coeli tellurisque

masius. Quidam Græcorum cission, aliis eleiphacaon, aliis
sphacon, aliis bechion appellaverunt. Sphacon legendum esse,
affero, & probo ex serie alphabetæ Suidæ. Σφαντός ἐπὶ^{τοῦ} ιελισφαντοῦ. Αρισφαντός, καθ' οὗ ἡ ιελισφαντοῦ καθεδεῖται, οφαντός, οφα-

νόν, ὡς ἐπιτίθεται πάντοις τῷ φρόνῳ. Emenda Dioscoridis codicem libr. 3. cap. 40. Ἐλεῖσθαις, οἱ οὐδὲ αἰσθέσσονται, οἱ οὐδὲ σφάγηται: scribe, σφαγή. Hesychius, σφακός, χόρτος, ἀν τὰ μητρά ιδεῖται. οἱ οὐδὲ τὸ τέλος τῶν εἶναι επιτελεῖσθαι, οἱ καλέστι βρύσι τοῖς, ικεῖ. Οὐδὲ φασκός λέγεται. Sphaccon herba, quam pecus commedit, nonnulli quod arboribus innascitur male phascon vocant, cum illud phascōs dicatur. De quo vide lib. 4. Constat ergo σφακός scribendum. Apulejus alia nomina hanc plantam habere tradit. Apud Auctuarii auctorem aliter scriptum reperio. οἱ οὐδὲ κιστιμένοι, οἱ οὐδὲ φάγοτοι, Αἰγύπτιοι βίκιοι, Παρηγόντες δάσονται, οἱ οὐδὲ κόσταλοι, οἱ οὐδὲ στάλτοι. Ηακ corruptissima. βίκιοι, Αἴγυπτον non est nomen. Pro κιστιμένοι vulgatus Apulei codex κιστιμένοι, pro δάσονται, Apuleus dixit. Auctuarii auctorem scriptissime existimo, οἱ οὐδὲ κιστιμένοι, οἱ οὐδὲ φασκός, οἱ οὐδὲ βίκιοι, Αἰγύπτιοι δάσονται, vel μένονται, ut apud Apulejum habetur. Πρωτότοις κινυρούσθαι, οἱ οὐδὲ στάλτοι. Apulejum vero; Graeci eleliphacum vocant, alii crostion, alii bechion, alii elaphoboscum, alii sphaccon, alii phascon; Αἴγυπτοι anisi, Latini salvia, alii tuſſilagineum, alii corsalviam. Ἐλεῖσθαις dicitur, quasi in tabem redacta, syderata, sole afflata. Folia enim ex arenti & cinereo squalore semper retrorrida, & exsucca videntur. Eleliphacos ergo nomen accepit ab ιαλίζεσσι & σφακόσι, duabus vocibus in unam coalescentibus. Σφακός dictum volunt à medendis sphacelo pene demortuis partibus, narivum colorem, roburque initum revocando. Κιστιμένοι vocarunt à foliis scabris, rugosis, asperis, attritorum ex lana vestimentorum scabritiem referentia. Κιστιμένοι fimbria. Pollux κιστιμένοι nomine villos intelligit, qui imæ vestis oræ assūtis solebant. Sribit enim libr. 7. cap. 14. Κιστιμένοι dici τὰς τελυταῖς οὔχις & iuvans, θυσιαῖς vero τοὺς λαγωδίους κιστιμένοις; qui θυσιαῖς sunt villi quidam quæ extremae vesti assuntur. Cission ex M. S. legit Salmasius: forte ciſtīn scribendum, quod folia salviæ cisti non valde dissimilia. Prius magis placet. Vide paulo inferius delineationem ex Dioscoride. Cur elaphoboscum dicatur, ut verè dicam, ignoro: an à foliis asperis elaphobosco particularibus, nonnihil similibus: an quod cervi hujus delectentur pabulo, Certè Eupolis, cuius versus capite de tamarice correxiimus, inter cibos capris gratos recenser. Ήλλ. σφακός δάσον. Εύσθιτι ab odore quem spirat salvia. Phascon, ut docet Hesychius, vocarunt vocis vicinitate decepti; βίκιοι vocarunt quod tuſſilagibus, sanguinem rejicientibus, & tabescientibus proſit. Apud Galenum libr. 7. τοῦ τόπου cap. 5. mentio fit, βίκιον βοτίου, in confectione ad sedandos dolores pectoris; in altera ad eundem affectum, eodem capite simpliciter βίκιος habetur. Doctissimus Cornarius salviā vertit, & βίκιον pro βοτίον substituendum censet; quod Plinius salviā βίκιον vocari tradat, & alterius βίκιον Dioscorides & Galenus, & Plinius in ſuſſiſiōnibus tantum probent, ut ea loco citato non fit accipienda, sed altera, eleliphacos videlicet & salvia appellata. Interea tamen non ignorandum, βίκιον, quod tuſſilagineum vulgo vocamus, pectoris morbis conducere, adeo ut de vulgari forte tuſſilagine locus Galeni accipiendus sit. Salviā vocarunt, quod falvos & incolumes homines præſtar, & ad multa, præſertim foecunditatem fit ſalutaris. Μετius libr. I. Ἀγρίππας δὲ φιου Ἐλεῖσθαις τοὺς ισογένους βοτίους, λακίς οἱ κινυρούσθαις τελυτοῦται. Τοιούδε καρφηποκή συκάνθιτος λακίς τελυτης: ιπτάνεται τοιούτοις καρφοῖς οὖσαν κατάλοιπον μίαν φύλαν οὐδὲ διέργει πάντα ή γάρ, τεμεραῖς οὐτοις ιεροφίδεσσι, οὐ αἰδηρούσιτον οὐδὲ λέπτην αὐτοῦ διέργεταις. Φασὶ δὲ οἱ λοιμεῖ καρφηποκής τοιούτης Κοτύλη τῆς Αἰγύπτου. τούτης τοιούτης καρφοῖς πελειφθυνταις, οὐτηγάροις τὰς γοναῖς καρφοῖς τοιούτης καρφηποκής τῇ δύναμει, οὐδὲ τοιούτης καρφοῖς. Agrippa autem vocat salviā herbam ſacram; leane pregnantes vorant: nam vitalem conceptum continent; quare ſi ſucci ejus heminam unam cum modico ſale mulier bibat, quarta à puererii purgationis die, & viro condoniat, ſine dubio concipiēt: agunt cum in Copto Αἴγυπτi peſtis graſſaretur, eos qui ſuperfuerunt in ea regione, coēgiſſe mulieres, & uxores ſuas ad hujus ſucci adeo potenter iuſum, & ad plurimum ſobolem pervenire. Ob inſignes quas habet facultates, Nicandro ἀδημία dicitur, κωντάς δὲ ἀδημίας ἐλεῖσθαις. Aut quas peſtiferi morsus fert salvia vindex. Scholasticæ, ἀδημίας δὲ τοιούτης καρφοῖς αὐτοῖς οὐδέποτε. Omnibus notus verſiculus eſt.

Cur moriatur homo, cui salvia crescit in hortis.

Theophrastus duo salviæ describit genera; alterum urbanum, alterum quasi sylvestre; ac quidē salviæ sphaco folium laevius esse, & minus squalens quam salviæ elelispaco. Corruptus codex; ipse sensus docet scriendum, *καὶ οὐ ποτὲ αὐχενός*, non, *αὐχενόπερ*, ut ediderunt. Quod de elelispaco sequitur, etiam corruptum. Recte pro, *βαρύτην*, Scaliger emendat, *τεργύτην*. Plinius salviæ hæc genera turpiter, vocum vicinitate deceptus confun-

dit cum lente, triaque facit genera, quasi salvia à Dioscoride delineata aliud salviae genus esset. Salviam de-scripsit Dioscorides libr. 3. cap. 40. Θάμνος εἰσὶ ἡμίνες, παλυχέλια, φάρδος περγάμοντος τοῦ ἰατρικού ἱκανοποιηθεῖσαι, μηδία κυδωνίας τοιχός, ἐπικυνίστησε πόλις τοῦ τε τεχνήντος εἰς πολυτελεῖς, λεπτήτως, ἀπό την ἀντετελπα τὸν ἴμιντα δασία, (νετ.ια-πών τοῦ παλινκα βάθος) πανθάλαντος, σφραγίδαν, φρεσκά, βρωματική. (Catac. ιερεβαρον τῇ ωδῆσι κρεπτον) καρποὶ ἢ τοῦ ἀκεραίου κανθάρου ποτερού ὄρ-μικοι αὐτέλους ἔχει. Φύσις εἰς τοῦ τεχνητοῦ καθέλειον. Frutex est oblongus, rami numerosis, virgas habens quadrangulas & albi-
cantes: folia mali cotones effigie, sed longiora, asperiora, crassioraque, & attritum vestium modo, (unde, ut dixi supra, impositum nomen εξετοί) ita parum villo-
sa, vix ut quisquam villos animadvertis, subalbida, vehe-
menter odorata, sed virosa: semen summis in caulisbus, syl-
vestri hormino simile gerit. in asperis nascitur. Doctiss. viri pro μηδία κυδωνίᾳ, legunt ιδούσια, & sic apud Crate-
ram legi, afferunt. Ita quoque legendum contendunt ex Plinio; qui libr. 25. cap. 22. scribit; Nostri qui nunc sunt herbarii, elelisphacon Græcè, Latine salviam vocant, mentæ similem, canam, odoratam. Non dicam Plinium salviae hi-
storiam confundere, nec mentæ salviam posse com-
parari; sed ipsum Plinium paulo ante, ubi singulatim fo-
liorum mentionem facit, tradere folia elelispaci similia
esse malo cydonio. Habet id ex Dioscoride, cuius vul-
gatam lectionem & Oribasius & Serapio defendunt. I-
dem Serapio legisse videtur, Καὶ τεχνητοῖς τοῖς στόρασι, ζε-
λητοῖς, &c. Et folia ejus sunt similia foliis citoniorum, nisi
quia sunt longiora & strictiora, & rugosa, sicut est rugositas
panni postquam abluitur, antequam extendatur & repona-
tur, &c. Utraque lectio facile tolerari potest, sed vul-
gata Oribasii nititur auctoritate. Cæterum locum hunc
Dioscoridis ex optimo codice sic legit Clariss. Salmasius.
Φύσις οἱ μηδία κυδωνίας τοιχός: ἐπικυνίστησε ἢ τοῦ μικρότερος, ηγε-
τηρίας, &c. Et folia ejus sunt similia foliis citoniorum, nisi
quia sunt longiora & strictiora, & rugosa, sicut est rugositas
panni postquam abluitur, antequam extendatur & repona-
tur, &c. Utraque lectio facile tolerari potest, sed vul-
gata Oribasii nititur auctoritate. Cæterum locum hunc
Dioscoridis ex optimo codice sic legit Clariss. Salmasius.
Φύσις οἱ μηδία κυδωνίας τοιχός: ἐπικυνίστησε ἢ τοῦ μικρότερος, ηγε-
τηρίας, &c. Et folia ejus sunt similia foliis citoniorum, nisi
quia sunt longiora & strictiora, & rugosa, sicut est rugositas
panni postquam abluitur, antequam extendatur & repona-
tur, &c. Longiora autem & minora, & aspera, tactum
fallentia, ut vestium (ut ita dicam) attritiones. Ruellius
vertit, quæ sensim quasi vestium scabritiem referant. Ori-
basii interpres, & quæ sensim attritæ vestis modo scabra
sunt. Eandem & Clarissimus Janus Saracenus lectionem
in altero codice haberi testatur; nobis vulgata placet;
quam & Oribasius & Serapio probant. A quorum le-
ctione, nisi contrarium doceat experientia, non facile
recedere licet. Elelispachos Dioscoridis, quæ cydonio
malo, quantum ad folium, similis, magis cum elelispaco
Theophrasti convenit; quia latiora habet folia, quam cum
sphaco, quæ minora, nec tam squalentia, & læviora.
Plinius ex duobus aut pluribus auctoribus, quod quando-
que facit, unius plantæ historiam contexens, mirè omnia
confudit, perturbavit, miscuit. Hic lib. & cap. jam sape
citato scribit. Est & palustris lens per se nascens in aqua
non fluente — Est & sylvestris, elelispacos dicta à Græcis,
ab aliis sphacos. Est eas sativalente levior, & folio minore,
atque sicciore & odoratiore. Est & alterum genus ejus syl-
vestris, odore gravi: hæc mitior. folia habet cotonei mali ef-
figie, sed minora & candida, que cum ramis decoquuntur
— Nostri qui nunc sunt herbarii elelisphacon Græcè, Latine
salviam vocant, mentæ similem, canam, odoratam, &c. lib.
26. cap. 6. Altera (bechion scilicet) à quibusdam salvia
appellatur, similis verbasco, conteritur ea, & colata calefit,
atque ita ad tussim laterisque dolores bibitur. Doctissimus
Dalecampius, ut Plininum ab hoc tum turpi & insigni
errore vindicet, & ne videatur lentem cum salvia con-
fundere, locum hunc sic legit & restituit. Est & sylvestris
phacos Græcis dictus, ab aliis aphaca; ea est sativalente al-
tior, folio tenui. Elelispachos folia habet cotonei mali effigie,
sed minora, candida, longiora, asperiora, odorata, hæc minor.
Est & alterum genus ejus sylvestre, odore gravi. folia cum
ramis decoquuntur. Pergit Dalecampius, Corruptissimus
hic locus ex Dioscoride sic est restituendus. Quam sylvestrem
vocat, spacion puto esse Theophrasti: quam cotonee mali ef-
figie describit, est apud Dioscoridem historia salviae, quam
cum phaco & aphaca ineptissime confundit. Haec tenus
vir doctissimus. Hanc quidem probarem lectionem, si
alicuius codicis auctoritate esset munita; verum cum
constet

confer Plinum plantas, que nomē vicinum ac ferē idem habent, confundere ac perturbare, & quod huic debetur, alteri adscribere, correctionem viri summi probare nequeo. Accedit quod correctio hæc, nimium à vulgata recedat lectio. Doctissimus Pintianus ex antiquo Toletano codice eundem locum sic emendarat: *Est & sylvestris elelispacos, dicta à Græcis, aliis sphacos, sativa lente levior, & foliominore; hæc mitior.* Est & alterum genus sylvestris odore gravi: *folia habet cotonei mali effigie,* &c. Reliquæ autem particulae redundant ex codice antiquo. Hæc lectio non temere rejicienda; utpote partim ex Theophrasto, partim ex Dioscoride concinnata. Aliter corrigit Nobiliss. Salmasius; *Est sylvestris, elelispacos dicta Græcis: aliis sphacos dicta sativa, lente levior, & folio minore, atque sicciori & odoratiore.* Est & alterum genus ejus *sylvestrius, odore gravi.* Hæc mitior *folia habet cotonei mali effigie.* Sic, inquit, restituimus hunc locum ex veteribus libris, nulla fermè littera mutata, qui in vulgatis perturbatissimus ac corruptissimus. Placet quidem hæc lectio, sed unum in ea displicet, quod corrigit vir summus, *hæc mitior folia habet cotonei.* Elelispacos Dioscoridis & elelispacos Theophrasti, idē; at non elelispacos asperior. nisi forte placeat hanc differentiam non observatam à Plinio, ac plane quod de asperiori tradit Dioscorides, mitiori adscriptum. Scribo; *Est sylvestris elelispacos dicta Græcis: aliis sphacos dicta sativa, lente levior, & folio minore atque sicciori, & odoratiore; hæc mitior.* Est & alterum genus ejus *sylvestrius, odore graviore; folia habet cotonei mali effigie.* Hæc lectio cum iis quæ de sphaco & elelispaco tradiderunt Dioscorides & Theophrastus sati convenit. Male Plinius inter lentis genera recenset elelispacon. Quod non alia de causa factum credo, quam quod φακός in ejus est nomine, & quod σφακός in genere reperitur. Plantæ dissimilia, sive formam figuram sive facultates & virtutes consideres, sunt lens & elelispacos, vel sphacos; illud tantum simile habent, quod *lens φακός, salvia σφακός* dicatur. Primum de lente legumine agit, deinde de palustri lente; cui subjicit, *Est sylvestris elelispacos dicta Græcis, quasi salvia asperior, quæ elelispacos, esset lens sylvestris; quod perridiculum est.* Addit, *alii sphacos dicta sativa, lente levior.* Ubi tradidit elelispacon esse lentem sylvestrem, Græcis ita vocatam; subiungit alii sphacon appellari sativam, quæ lentem habeat leviorē, hoc est οὐσία αὐχυνεῖ, & folium minus, eandemque esse mitiorem. Hoc ex Theophrasto; qui ιατροφακός & σφακός ita distinguit, ut alteram urbani & mitioris generis, alteram sylvestris & asperioris generis faciat. Theophrasti σφακός, ut dixi, mitis est & sativus; elelispacos asper & agrestis. Ineptè Plinius σφακός cum φακῷ, salviam cum lente confudit; & σφακόν, quod absurdissimum est, lentem sativam esse scribit. *Lente levior, & folio minore;* cum tradat Græcus auctor. σφακός, habere folium Ιλαρίων καὶ Πέτρων αὐχυνεῖ, minus, nec tam squalens ac elelispacos. Granum, vel semen lenti simile non fert σφακός, nec elelispacos, sed hormino, ut tradit Dioscorides. Rectè hoc genus mitius dixit, οὐσία αὐχυνεῖ tradidit Theophrastus. Sequitur; *Est & alterum genus sylvestrius, odore graviore.* In vulgatis Theophrasti codicibus βαθύτερο scriptum, pro quo sensus ipse postulat legendum τροχιντος. Nam: τὸ τροχιντος & οὐσία αὐχυνεῖ, opposita sunt. Βαθύτερο vero & οὐσία αὐχυνεῖ nullam contrarietatem habent. Vult Theophrasta sphacon minus squalemētē esse, elelispacon vero asperiore ac magis squalemētē. Plinius τὸ τροχιντος, pro quo Libertum legere βαθύτερο existimavit, vertit, *odore gravi.* Sed Dioscoridem sequitur Plinius. Hic elelispacon, σφακός Κάδη, θραμάδη dixit, id est, valde odoratum, sed virosum. Talia odorem gravem habere dicuntur. Plinius Dioscoridem secutus est, ut probant sequētia. *Folia, inquit, habet mali cotoneae effigie.* Verba Dioscoridis supra citavi. Fungus & stipes foret Plinius, si elelispacon folio mali cydoneae mitiorem pronunciasset. Dioscorides quidem non tradit, utrum de mitiori, an magis squallente, loquatur; sed ex descriptione facile colligi potest de asperiore illum agere, utpote qui folia habet majora, latiora, crassiora, & attritarum vestimento parum villosa, ix ut quisquam villos animadvertis. Idem Plinius menthae simili salviam inquit. Hoc vero ex Dioscoride non habet. Nulla similitudo menthae cum salvia; nisi forte ob canitiem folia menthastro comparari velit. Alibi salviam cum verbasco similitudinem habere tradit. Salviae folia sylvestri verbasco non nihil similia. Salviam describit & Apulejus cap. 101. his verbis. *Elelispacos agrestis gravioris est odoris, usualis vero, que est boni odoris ac lenioris, salvia vocatur.* Est igitur frutex sive farmentum longitudine porrectum, subalbidum, virginitatis

gis majoribus & quadratis, cum foliis paulo asperis, odoris boni, & fructus sive semine in summitate ramorum, similis ormino agresti. Nascitur asperis locis. Et est virtutis redarguentis cum acrimonia. Salvia alia major, alia minor. Major quadrangularibus, lignosis caulis, in alas effusis luxuriat, circa quos folia lata, oblonga, rugosa, aspera, subalbicantia, verbasco sylvestris foliis fatis similia, sed scariora ac minus candicantia, attritorum ex lana vestimentorum scabritiem referentia; præsertim cum conseruerunt; tum enim subalbida, cinereaque, hirsuta, rugosa, & exoleræ attritæque laneæ vestis modo scabra conspicuntur; flores in summis ramulis eminent falcati, lamii aut orvalæ similes, colore cæruleo purpurascentes; succedente in receptaculis semine subnigrante: radix dura lignosa fibras demittit. Variat in foliis & floribus.

Salvia Scabrior Dioscoridis.



Foliis est viridibus & crispis, purpurascensibus, versicoloribus, sic vel totis, vel partim albidis, vel partim viridis, partim purpurascensibus. Reperitur & genus cuius foliorum pedituli ac nervi, ac recens enata folia atro rubent; floribus communiter cæruleis, rarius candidis. Floret Iunio, Iulioque mensibus, aliquando etiam serius. Locis asperis & ruderatis in Germania reperitur. Salviam hanc quidam σφακόν, vel, ut vulgatus codex habet, σφάκιον volunt esse. Horum neutiquam probo sententiam. Λειότερον, inquit Theophrastus, οὐ φίδαιος σφακέ (σφακίου) οὐ τελεῖος, οὐ οὐσία αὐχυνεῖ. Sphaco folium levius, minus nec tam squalens: majoris ac jam descriptæ salviae folia, majora, latiora, squalemētē, neutiquam leviora. Ergo elelispacos salvia hæc, non sphacos vel sphacelus. Minor salvia fruticosa quoque stirps est, alas in latitudinem expandens, priori similis, sed minor. Caules hujus teneiores sunt; folia oblonga, minora, angustiora, minusque scabra. Hoc testantur adversariorum auctores. Lugdunensis subalbicantia inquit esse minus scabra. Majorem Adversariorē auctores salviam, majorē scabriorem Dioscoridis vocant. Unde facile colligi potest minorem non æquē esse scabram. Belgæ præterea majorē groeve Sali & Savie, minorem sijne Savie & Sali ab asperitate, & levore vocant: Latiore sijne, asperiora groeve vocant. Minorem salviam iidem Adversariorum auctores his verbis describunt; Altera vero differentia, que auritis, aut pinnatis est, ad imum Circaeæ modo, foliis, minus squarrosis & coriaceis, minoribus multo, eoque nobilem (Belge edele) dictam & sphacelum putamus. Hæc omnia ostendunt, minus scabra esse folia; (quilibet experimentum sumat, vulgata satis planta, ii) quibus, parte qua pediculo insistunt, duo hinc inde foliola exigua adnascentur, primarum aut auricularum

Salvia Minor.



auricularum quadam similitudine: flores spicati, veluti superioris, cærulei: radix quoque lignosa est, cum gravitate quadam, sed minime molesta. Odorata utraque est; sed præstat minor. Variat foliis auritis, vel pinnatis, & non auritis, foliis aliquando lavendulæ concoloribus, sed latoribus, & gravioris odoris, rarius luteolis, flore cæruleo, rarius albo. Floret quo prior tempore. In campis Hispaniæ, in Massiliensi agro, in compluribus Italiæ provinciis sponte crescit, apud nos hortensis. Hanc *Theophrasti* assero, foliis est minoribus, levioribus, minus asperis, ut scribit *Theophrastus*. Alii sphacelum, sive salviam agrestem volunt scorodoniam Cordi. Cauliculos erigit quadrangulos, nonnihil hirsutos, circa quos folia salviae, (betonicæ similiora) sed breviora, latiora inollioraque: flosculi è cauliculis & adnatorum ramulorum uno erumpunt latere hiantes ac falcati, veluti lamii, sed minores, in albido pallentes. Succedunt fæmina, in singulis pericardiis, quaterna nigricantia. Radix fibrofa, stirps annua est, odore minus quam salvia graveole, & vinorum quiddam spirat. In sylvis frequens reperitur, & juxta sepimenta, & agrorum margines. Solo gaudet aliquantulum macro, non tamen omnino sterili ac secco. Iunio, Iulio ac Augusto mensibus cum flore ac semine viget, ac tunc quidem colligenda ac reponenda est. Nobis non videtur sphacos, quod salviae non sit satis similis, foliaq; habeat latiora. Duo enim illa salviae genera, quæ delineat *Theophrastus*, eo tantum differunt, quod alteri folium minus, lævius, nec æquè equalens; alteri vero contra major, asperior, ac magis squalens. Planta vero quam scorodoniam *Cordus* vocat, nūmum à natura & facultate salviae recedit. His salviae Creticæ historiæ subiectemus. Hæc, ut *Bellonius* libr. I. observat, cap. 16. tradit, poma fert. Illuc (in Creta) inter stirpes nemoratu dignas crescit salvia, poma ferens, eis apta, quæ rustici legere solent, hisque saccos plenos in proximas urbes venum deferunt: initio Maii foliis inveniuntur gallarum magnitudine, lanugine obducta, dulcia, & grati saporis. Tradunt φλαστομηλια vocari, credo propter fastum. φλαστος enim fastus, τύφος, ut exponit *Hesychius*. Sed puto scribendum, φλαστον, id est, salvia mala. Eleganter describitur à Clusio lib. Hist. 3. c. 41. prior salvia, quæ latifolia & pomifera nata est ex semine è Creta eidem missa à Cl. V. Honorio Bello Medico; Fruticat ea alterius salvia modo in multis ramos sparsa, quadrangulos initio & densa lanugine obfita; qui deinde in ligneam substantiam transeunt, istam quadraturam omittunt, teneriores autem rami retinent, densiore que lanugine sunt obfita. Folia ex adverso alternis nascentur, semper bina, inferna parte valde lanuginosa; altera vi-

rentia, & veluti attrita, salvie latifoliae, foliorum in star, appendices utrimque secundum pediculum habentia, & velut aurica, nonnunquam etiam appendicibus carentia, nec tam ampla ut in latifolia vulgaris; nec etiam adeo angusta, ut in vulgaris minore, quæ aurita habet folia. Extremos ramos ambient verticillatum seni. & plures calculi, in quibus flores, vulgaris floribus forma quidem similes, sed coloris ex albo

Salvia Pomifera.



purpurascens: quibus cadentibus, semina nascuntur in caulinis terna aut quaterna, crassiora quam in reliquis salvie generibus, & illos ita replentia, ut quasi baccæ appareant. Totius plantæ odor paulo vehementior, quam alterius salvie. In Creta baccas, seu poma (quæ duntaxat quedam tantum excrescentiae sunt) fert uncialis interdù magnitudinis, multa lanugine obsita, orbicularia, qualia ex Ægypto olim accipere memini, & ab Honorio Bello è Creta accepta, in propria tabella exprimi curabam. Sed in hac provincia, utpote minus frigida, nulla adhuc tuli. Veramque differentiam, & foliis auritis, & non auritis unica tabella exprimere curavi.

Pezotios, &c.] Prasinus viror, aut certè virosus odor, videtur appellationem dedisse marubio (ut viris magis placet) tam nigro fortido, quod ballote dicitur, quam albo odoro. Marubio nigro odor quidem ingratus, sed porro dissimilis; contra albo odor gratus. Neutri color prasinus valde similis. Puro, nomen πεζοτος impositum à caulinis quadrangularibus. *Pezotios*, inquit *Hesychius*, οὗ τοῦ κύνεω τετράγωνος λαχανικοῦ, εἰς πεζοτος άλετο εἰς τὸν κύνον. Interpres Homeri; πεζοτος οὐ πεζανεῖς: οὐ τοῦ φυτοῦ τετράγωνος γίνεται; areas & areolas Columella vocat. Fruunt enim ad olerum conditionem quadratae dispositiones, quæ πεζοτοι dicuntur, in laterculi formam. Laterculum quadratum caulis marubii refert. Vel πεζοτοι dixerit, quod εἰ μή πεζοτοι coleretur. Dioscorides de marubio albo; Φύτευσθαι μὲν εἰς οἰκοδομὴν, καὶ ιερῶν, nascitur circa domorum areas & rudectia. Latinis marubium vocant. Plinius cap. 22. lib. 20. Marrubium plerique inter primas herbas commendavere, quod Græci præfatione vocant, aliis limostrophon, nonnulli philopeda, aut phizochares, notius, quam ut indicandum sit. Cur ergo cum præce porro multis in locis confundit Plinius? Strachyn Dioscorides lib. 3. cap. 20. πεζοτοι, marubio, similem art. Plinius

Plinius lib. 24. cap. 15. porri similitudinem habere tradit; τὸ περιστον porrum, τὸ πράσινον marubium. Idem Plinius linostrophon, philopedam & philocharen utrumque marubium vocari scribit; cum auctuarii auctor album tantum philopedam & philocharen vocari scribat. Οἱ δὲ οὐ παπισσιοι, οἱ ἢ φυλλόφαρες, οἱ ἢ τετράδιοι, οἱ ἢ κυμηλοπέδιοι, οἱ δὲ φιλόφαρες, Ρωμαῖοι μαρύβριον είναι: Aliqui eupatorium, alii phyllophares, alii tripedilium, alii, camelopodium, quasi cameli pedem; alii philophares, Romani marrubium. Pro philophares Plinius philochares, pro philophares, philopeda Plinius. Uter rectius, non facile quis afferet. Forte φυλλόφαρες, quod pluribus foliis stipatum sit; vel φυλλόχαρες, quod folia viridia, testa alba lanagine, gratiam quandam habeant. Philophares vel philopeda cur dicatur, me quidem fugit. Linostrophos dicitur, quod cincinni, circi, funiculi ex eo sierent, qui ex lino facti viderentur. Lanuginosa quae habet folia, lanosa videntur. Vel linostrophos, quod rotunda ac incana habeat folia; vel quod folia ob lanuginem contorta videantur. Marrubium; quod marescentibus & tabescientibus prospicit. Dioscorides, Τὰ φύλλα ξηρά σὺν τῷ αὐλεμανίῳ ηὔδηρα σὺν ὑδατι. ή χυτούρη, κλαρα, διδυτική μίλιτος φθονεῖς, &c. Hujus foliorum siccorum simul & seminis decoctum, aut etiam recentium foliorum succus una cum melle tabidis exhibetur. Vel marubium dicitur, quod folia marcida & squalentia sint, quasi à rubigine exesa forent.

Διόγεν. Plinius etiam duo agnoscit genera, libr. 20. cap. 22. Castor marrubii duo genera tradit; nigrum, & quod magis probat, candidum. Dioscorides etiam duo agnoscit marrubii genera. Quod verè περιστον & ballote dicitur, nigrum marrubium à foliorum similitudine vocant: sed quod Theophrastus marrubium vocat, album videatur esse Dioscoridis. Hujus duo observavit genera: alterum cui folium herbaceum, quodque magis serratum ac incisuris profundioribus, magisque conspicuis est. Scribe, in δὲ καὶ τὰς κόπιας σύνθετος φύλλος ἐ βαθίας; deleta voce improba κόπιας, quae ex margine in textum irreperit. Alterum, inquit, folium rotundum habere, & valde squalem instar eleliphaci, id est majoris salviae. Scribe, καρδιακῆς θεραπείας. Sphacos enim, vel, ut vulgati codices habent, sphacelos minus squalem & laevius. Marrubium alterum valde squalem. Hanc candidi Marrubii differentiam non observavit Dioscorides, quod nullius usus sit medico practico. Describit Marrubium lib. 3. cap. 119.

Marrubium Candidum.



Περιστον θέματα την δεσμού ματαρίζεις πολύτελασθε, ταπείδωσις, λευκός, πετρετωτος τεις τερπεδον. Φύλλοι οἱ τῷ μετάλλῳ συκτιλῶσσι, παπεραγγύλων, δεσμού, τερπεδον, πικροῦ τῷ γάνου. οἱ Διεσπαρτάτοι οἱ τις της περιφύτων, καὶ την οὐρανήν περιόδυται τερπεδον. Φύτα

τοι τὸ εἰκόπιδον καὶ πελτα. (alter iest, sed perperam.) Marubium frutex est ab una radice ramosus, subhirsutus, candicans, virgis quadrangularibus: folium pollicem aequat, subrotundum, villosum, rugosum, gustu amarum. Semen est in caulibus ex intervallis: flores verticillato ambitu asperi. Nascitur circa domorum areas, & ruderata. Docti pro φυλλον, legunt φυλλον, sed præstat φυλλον, legere. Supra dixi, unum & quidem album delineare marrubiū, sed forma & facie varians: aliis tamen alia est sententia. His placet cardiacam vulgo dictam, marrubium primum Theophrasti esse; quadrangulares promit caules, crassos, duros, duos tressive pedes altos, obscure ac ex nigro rubentes: folia nigricantia veluti urticæ, majora latioraque multo quam marrubii, laciniosa, ac profundis incisuris dissecta. Calyces duri ac pungentes orbiculatum caules amplectuntur, & quibus flores exerunt ex albido purpurei, veluti lanii, sed minores. Semen parvum ac nigricans. Plurimæ pro radicibus fibræ ab uno veluti capite descendunt. Tota herba gravi satis odore prædicta, gustu amaricat, à Iunio in multum usque Autumnum viget, floret, ac semen perficit. Caules hyeme intercidunt; radix vivax est. Ruderibus lapidosis, ac aliis incultis & asperis locis gaudet: juxta sepes & veteres muros subinde invenitur; in hortis nimis facile coalescit. Non male cum Theophrasti primo marrubio convenit. Foliis enim est herbidis, profundis satis incisuris. Sed hanc apud veteres pharmacopolas usum habuisse, non puto. Evidem Diöscorides delineat. Scio quosdam pro Herculana habere siderite; sed ubi folia salviae similia? Dioscorides lib. 4. cap. 33. Σιδηρίς, οἱ δὲ Ηράκλειαν, πότε ιστὶ φύλλα ιχνουν ὅποια περιστον, επικεκίνεται σὲ αὐτὸν τὸ τελεσθέντον θρόνος. μικρόποτε πάντα τοι τοι τερπεδον. Sideritis, quam aliqui Heracleam vocant, herba est foliis marrubii, sed oblongioribus, & ad salviae & ad quercus foliorum similitudinem, minoribus tamen & asperis. Cardiacæ folia cum salvia comparati nequeunt, nec folia aspera, minoraque salvia aut marrubio. Cardiacam dictam volunt, quod cordis medeatur morbis. Propius ad Marrubium Theophrasti accedit, quam ad sideritin Herculananum. Fieri potest Theophrasti ævo usum in medicina obtinuisse, Dioscoridis vero tempore neglectum. Recte Horatius.

*Multa renascentur, quæ jam cecidere carentque,
Quæ nunc usus habet medicamina, si volet ille,
Et ratio quibus est & vis & norma medendi.*

Illud tamen cardiacam prasum primum Theophrasti impedit esse, quod folia habet profundè quidem incisa, sed non serrata. Vulgare ac alterum marrubium à Diöscorde delineatum, complures edit quadrangulares caulinulos, pedem altos, tenuique lanagine albicantes: folia per intervalla bina, subrotunda, rugosa, ambitu incisa, & ipsa candicante lanagine pubescens. Flosculi in non nihil pungentibus conceptaculis subcandidi caulem verticillatum per intervalla ambienti; semē subrotundum, asperiusculum. Radix fibrosa nigricat. Tota herba suavis, & grati est odoris, & nonnihil moschum redolet, præsertim hybernis mensibus. Folia hyeme non cadunt, floret aero à satione anno, Iulio & Augusto mensibus. Iuxta parietes, vias, semitas, agrorum margines, locis neglectis, arenosis collibus, pingui etiam & læto solo dignatur. Omnibus regionibus familiare, sed pro cœli solique ratione variat, mutationemq; subinde accipit. Quod Hispanicum vocant, foliis est longioribus magisque carnosis, hirtis, albis, & suavius redolentibus. In Belgii hortis variat Hispano semine natum. Contra Creticum foliis est angustioribus; fruticat caule contorto, gracili, rotundo; aliquam multis exilibus alis donato, polii montani non disparibus, & quam prassī nostratis multo candidioribus, teneriuscula lanagine obsitis. ut & folia angustiora, oblongiora, leviter ferrata, in angustum abeuntia, melissæ Turcice equalia; ex intervallis multo argutiores & minores verticelli sideritidis aut retrahit non dispare haerent. Flosculi prærenues indidem emicant albi marrubii, quod quanta quanta est odore & lanagine præfert. Alia duo genera in prodromo suo descriptis Bauhinus; quorum primum crispum vocat, alterum album villosum. Nigrum marrubium delineavit Diöscorides lib. 3. c. 117. Βαλλατὸν μὲν περιστον (Ald. μὲν μέρη περιστον καλοῦσθαι) καὶ εἰς αἷνοι περιστον, μέλανος, παραδοσίας, οἱ μέσοι μίζης τοπεῖσθαι. φύλλα οἱ περιστον ὁμοια, μετατοι οἱ τοι τρεπούλεται η μέλανα καὶ διστον, οἱ Διεσπαρτάτοι τοι τοι τερπεδον. Ballote, seu marrubium nigrum canes edit quadrangulos, nigricantes, subhirsutos, ab una ra-

dice numerosos, foliis marrubii, at majoribus, rotundioribus, nigris & hirsutis, caulem per intervalla cingentibus, apiastris similitudine. Vnde hanc aliqui apiastrum vocavere. sed & flores candidi, una cum foliis orbiculatim caules ipsis ambiunt. Sc. *Ballobus*; nomen accepit, & hoc & *Botrys*, & *Malva*, quod ad veteratos aurium dolores fit efficax. Galenus lib. 7. simpl. *Kaij* τοις ἄτοις οὐδένας ηδη περιπομίνεις αὐτόν οὐδελαμβάνουσι, οὐδὲ οὖσιν εἰφέρεται, & Διάφοροι ποτὲ πορριτοὶ, καὶ ποτὲ τοῖς μητρίοις δέοφυται οὐδὲται. Et ad aurium dolores in veteratos adhibent, in quibus sane obstrukciones dehicere, meatumque ipsum & ramos membranarum est usus. *Ballobus* ergo quod aures obstructas penetrando, non fecus ac jaculum corpus aliquod, aperiat; marrubium à similitudine foliorum; nigrum à colore, qui ad colorē fulcum magis vergit, quam in marrubio, dicta est ballote. Ex Oratio & vetusto Lacuna codice Saracenus, & melita, addidit; quod non improbamus. Idem pro *melita* λαβούσι, legit, λαβούσι, ut ad praecedens, *melita*, referatur. Nam quod ad caules spectat, iam in principio capitis auctor nigrantes eos esse admonuit. Videamus quam feliciter hunc de marubio nigro locum exscripterit Plinius libr. 27. cap. 8. *Ballotē* alio nomine *mélamprasion* Græci vocant, herban fruticosam, angulosis caulis, nigris, hirsutis foliis vestientibus, majoribus quam porri, & nigroribus, gravò oneribus. Vocis similitudine, ut supra annotavimus, & millies ostendimus, deceptus. Porro majus folium ballotes scribit; quod est falsissimum. Τὸ περσὸν & τὸ περσὸν non distinguit Plinius, vel aliud agens, aliud cogitans ad Libertī legentis, περσὸν, verba non satis attendit. Balloten Dioscorides μελισθινῶν vocari ait. Quæri solet quomodo versus hi Nicandri intelligi debeant.

Η μέλος περσίονος χλωαρέος ἔρεναι κέφαλος,
Χερισμήσας οὐφέστη, πιῶν αργήτη σωματίῳ.
Η πέλαστρον κατείρυσεν οὐταίτη μέλονον
Πρωτογόνου, εργαζόμενον αρχισφαρεγγεύσης γάλακτι,
Τέλος, ητοι μελιφύλλον ἐπικλείσουσι βοτύρης,
Οι δέ μελιτάναι τῆς γάλας τοῖς φύλλαι μελισθαμάνειν.
Οδυνὴ γαλαζόμερα μελιτός, ἐργάζονται μελιτός.

Quin & marrubii viridianitia germina tundens
Profueris, si mista mero simili hauseris albo.
Tum soboli infensam, dum mammas fugit manus,
Compositis odoris que replet lacte juvenam;
Agrestes meliphyllo eam dixere bubulci,
Sive melittanam, quod capite mellis odore
Stridere apes circum soleant & fidere ramis.

Scholia sententia est, unam eandemq; esse plantam, μελιφύλλον ή μελιτάνην τὸν περσὸν ἡ πιῶνις καλοῦσι *Albū* τὸ δέ μελισθινῶν οὐταίτη. meliphyllo & melittanam prasium vocarunt pastores, quod mel odore referat. Contra prasii odore non delectantur apes, nec prasium mellis odorē habet. Insuper Galenus, Dioscorides, prasium & melissam diversas statuunt plantas. Galenus libr. 7. simpl. μελισθινῶν περσὸν μελισθινῶν δύο τριῶν, &c. Facultate melissophyllum prasium proximum. Docti viri Nicandri versus sic exponunt: consulti præter marrubium etiam meliphyllo sive melissophyllum vinō dilutum bibere. Video tamen dubitari posse, an hi versus de ipso prasio, hoc est marrubio, intellegendi sint; quasi Nicander prasium dicat etiam meliphyllo & melittanam appellari, eique tribuat facultatem lactis generandi, (quod cæteri non fecerunt) tum quod ita vistum sit Græco Scholiaſtæ, tum quod ipse Nicander in Alexipharmacis agens de aconiti curatione, περσὸν & μελιφύλλον pro eodem accipiat, hoc versu.

Καὶ χλωροῦ περσίονος τὸ δέ μελιφύλλον θέδεσθαι.

Marrubiique (meliphyllo dixere) virentis.

Dioscorides tamen aperte à prasio, meliphyllo & melittanam distinguit; quibus duobus nominibus τὸ μελισθινῶν vocari auctor est, cui & nos assentimur. Nam hoc loco prasium à melissophyllo, nec Nicandro, nec remediis venenatorum repugnat. Nicander enim ipse videtur distinxisse, dicens *περσόν*, cum dicere debuissest *μελισθινῶν* vel *μελισθαμάνης*, si prasium referre voluissest. Et utrumque quidē contra serpentum morsus patritilitate bibitur. Quod autem attinet ad versum Nicandri, qui est in Alexipharmacis, ex eo non patet, prasium & melissophyllum idem esse, sed potius meliphyllo prasii quandam esse speciem. Est enim prasii folio, sed majore tantum & teneriore, nec adeo hirsuto. Quasi dicat Nicander, deligendum esse ad cu-

rationem aconiti, id prasii genus, quod meliphyllo appellatur. Contra alii, nec auctoritate, nec doctrina cedentes iis qui dictam sententiam fovent, scribunt; animadvertisendum, quod μελιφύλλον vel μελισθινῶν à prasio seu Marrubio secernant Dioscorides, Plinius, Virgilius, Marcellus, esseque meliphyllo vel melittanam, quam Latinus apiastrum & citragineum dixerunt. Nicander quæ de meliphyllo adfert, superioribus ita connectit, ut cum iisdem idem esse possint vel diversum. Certe Interpres Nicandri μελιφύλλον, ή τὸ μελιτάνην eandem facit cum marrubio, dum ea quæ Poëta de melittanam dicit, de περσόν intelligit, dicens μελιφύλλον ή τὸ μελιτάνην — αὐτῷ. Num uni interpreti, vel potius clarissimis pluribus auctoriis adhibenda fides, οἱ πιστοὶ διjudicent. Quod si de apiastro intelligatur, erit antidotum non omnino redditum, & ab auctore perfectum; quamquam ex superioribus sic compleri possit: apiastrum cum vino bibendum. Nam & Diocorides, Αρεοῖς οἱ τὰ φύλλα ποτῷ μελισθαμάνης, οὐ περιπλάκητος, ή φαλαζιδηκτός, ημέρη κυριολεκτικης. Folia cum vino pota, arque etiam imposita, profunt contra scorpionum ictus, nec non & phalangiorum, canisque rabidi morsus. Unde nihil periculi, si à pratio cum præclaris medicis & auctoriis ή μελιτάνη separetur. Nos in hoc sumus, ut censeamus referri ad marrubium per amplificationem, quæ de melittanam dicit. Quod exactius rimanti singula, patebit; cum Poëta statim post Marrubii antidotum subdiderit, η τὸ μελισθαμάνην, οὐδὲ περιπλάκητος, η παραπλάκητος. Sed hic eruditiorum calculo libenter subscribemus. Præterea quod marrubium & μελισθινῶν idem fuit, ipse Nicander testatur in Alexipharmacis; ubi ait, in *antipharmaco* *hausti aconitis*, *reseca fruticis abrotani* caulem, *viridisque marrubii*, quod iam *meliphyllo* dicunt. Vidimus argumenta, quæ ab utraque producuntur parte. Nobis prior placet opinio, idque ob causam modo expositam. Nam marrubio nigro, quod melissophyllo Dioscorides vocari tradit, non est odor mellis, ut vult Scholiaſtes, nec apes eodelectantur. Fœtet, & ab odore gravi & fœtore prassium & marrubium fœtidum recentioribus dicitur. Deinde, ut recte viri summi amandvertunt, vox, ητη, satis docet non ad prassium referendum, sed ad aliam herbam, quæ sequitur, nempe melissam. Nec βοτίνη περσὸν subintelligi potest, ut volunt, quod Nicander sic loqui non soleat. Effugiu id merum est; nihil enim ex versu qui in Alexipharmacis habetur probant. Vult Poëta, ne error fiat, illud prassii genus accipiendum quod impropriè prassium, & ab aliis melissophyllo dicitur. Adversus aconitum, ait, valet, non album, sed nigrum prassium. Melissophyllo describit Dioscorides lib. 3. cap. 118. *Μελισθινῶν*, ή *τὸν μελιτάνην* καλοῦσι, η τὸ φύλλον (Ald. in Noth. οὐ μελισθαμάνην οὐταίτη τὸ περσόν τὸ μελισθαμάνης. Τούς οὐταίτη τὰ φύλλα η τὸ κουλιά τὴν φεγγεμένην βαλλατηῆς, μελισθαμάνην η περσὸν η λεπτότερος, η καὶ οὐταίτη διαστάση, οὔσην οὐταίτη της τεργιτίδης. Melissophyllo, quod alii melittanam vocant, quoniam apes ea herba delectantur, foliis & caulinis ante memorata ballota similis est: attamen majoribus & tenuioribus, neque ita hirsutis, citreum vero malum redolentibus. Cur melissophyllo dicatur, docet Dioscorides, quod apes ea herba delectantur. Eadem Nicandri opinio. Falitur Scholiaſtes, cum melissophyllo dictum scribit, quod mellis referat odorem. Contrarium docet Dioscorides, docet experientia, rerum magistra. Eadem planta eadem de caula μελιφύλλον aliis dicitur. Nicander versibus citatis, περι τὸ μελιφύλλον ἐπικλείσουσι βοτύρης. Οι οὐταίτη μελιτάναι, quamque melittanam pastores & meliphyllo appellant. In quibusdam Nicandri codicibus μελισθινῶν legitur, cum etymon doceat legendum μελιτάνην, quoniam apud Dioscoridem aliasque legitur. Hesychius, *Melitana περσόν*, η τὸ μελισθινῶν, ηλλαζ μελισθινῶν. ita locus iste legi debet. vulgo, μελισθινῶν περσόν. η τὸ μελισθινῶν. Melitana Nicandri scripsisse præter Dioscoridem, Hesychius, qui seriem literarum feriat, docet. Emenda Maronis codicem.

— Huc tu injussos insperge sapores
Trita meliphyllo, & cerinthæ ignobile gramen.

Scribe, *trita meliphyllo*. Meliphyllo dixit versus gratia. Phylargyrus ad carmen citatum: *Meliphyllo herba est, quam, ut ait Varro, alii apiastrum, alii melinum appellant*. Varro quem citat, locus est libr. 3. de re rust. cap. 16. *Hos circum villam totam alvearium fecisse, & horum habuisse ac reliquum thymo & cyathiso obseruisse, & apiastro, quod alii μελιφύλλον, alii μελισθινῶν, quidam μελισθαμάνης appellant*. Antiquus noster codex, Regii anno 1482. Nonis Iunii expressus, haber, & à piastro, quod alii meliphyllo: alii melosophilum, quidam mellinon appellant. Eadem lectio in codice

codice anno 1498. Ibidem expresso reperitur, nisi quod pro à piastro, apiastro legatur. Utraque lectio corrupta; legendum ut in vulgato scriptum est codice, Dordrechti expresso anno 1619. Acutissimi ingenii litterator ex veteribus libris pro *μέλισσαν* emendat *mellinam*. Lego *μελίσσην*. Græcum enim, η *μελίσσην*. Nicander melissophyllum etiam *μελισσόδεσμον*, vocat in Theriaca.

Συμπίγδης πετάλοις μελισσότοι δασέις.

Mista melis otis foliis, hirsute capillo.

Melissophyllum metri ratio non admittebat, ergo maliuit *μελισσόδεσμον* dicere. Myrepus sect. 1. antidot. 75. *μελισσόχορτον* vocavit, quod apum pabulum sonat. Theocrito Eidyl. 8. *μελιτεῖον* dicitur.

Αιγύπτου, ἡ κυνίζα, ἡ λιώνις μελίπιτια.

Ἐγιρύς, Κονύζα, Οδορίστα μελίπιτια.

Scholiafestes *μελισσόδεσμον* vocari, ait. *εἴδοτον εἰς αὐτὸν βούλεται, τὴν οὐράνιον μελισσόδεσμον, τὸ δὲ φύλλον ἔχει πλαταῖ.* Herba genus quod vulgo melissobotanon apum herbam vocant, folium habet latum. Idem Theocrytus Eidyl. 8.

Ταῖος δέ οὐαῖς οἶδεν παρέστη μέρη αἱ μελίπιτιαι.
Φέρεται.

Ovibus vero meis adeat apiastrum
Ad pascendum.

Scholiafestes. *μελισσόδεσμον εἴδοτον βούλεται, τὴν οὐράνιον, herba genus dulce.* Odore quidem grata herba, sed sapore non adeo delector. Ovibus grata fortasse, voluit Scholiafestes. melissam vocant officinæ; Latini apiastrum. Plinius lib. 21. cap. 9. Ergo in coromamenta folio venere — encoron, quod casiam Hyginus vocat, & quod cunilaginem conyzam, melissophyllum, quod apiastrum. Hyginus non fuit primus qui melissophyllum sic appellari docuit. Apud antiquissimum Varronem legere est, *Apiastrum, quod alii meliphyllo, alii melissophyllum.* Varro autem longè ante Hyginum vixit. Bene fecisset Plinius, si Hygino modo fidem adhibueret. Malè libr. 21. cap. 12. distinguit apiastrum a melissophylio. Harum ergo causa serere oportet, thymum, apiastrum, rosam, violas, lilium, cybismum, fabam, erviliam, cunilam, papaver, conyzam, casiam, melilotum, melissophyllum, cerinthem. Error hic excusari potest, si dicamus alterutrum e margine in textum irrepsisse. Magnus error est apiastrum cum battrachio planta venenata, quatinus *αἴγυπτος* quidam vocant, confundere. Lib. 20. cap. 11. scribit, *Apiastrum Hyginus quidem melissophyllum appellat, sed in confessa damnatione venenatum est in Sardinia.* Apiastrum putavit apium esse sylvestre, & ab apio *αἴγυπτος* apiastrum dici, ac sylvestre esse apium, uti pyrastrum, siliquestrum, ocymastrum, ocimum, silique, pyrus sylvestris: cum apiastrum Latinis dicatur, non ab apio *αἴγυπτος*, sed ab apibus, quod iis gratum sit pabulum. Malè præterea inter selini genera, apiastrum, quod venenatum inquit, recenser. Nullum selini genus deleterium, nec à quoquam damnatum. Dioscorides alterum *βατεργάζου* sive ranunculi genus, quod in Sardinia nascitur, *σελινος αἴγυπτος*, id est, *agresti apium*, vocari scribit, quod folia habeat apio sylvestri non dissimilia. Dioscorides libr. 2. cap. 206. *Εστὶ δὲ κορώνη πρὸς τοῦ μελισσοῦ εἴδοτον, καὶ μελισσοῦ πεπεριόν, κατακεῖται εἰς τὸν πλαταῖον φύλλον, τὸ οὖτος εἰς Σαρδηνία (forte Σαρδηνία) γεννᾶσθαι, διερχούσαται, οὐ δὲ στελεχώσαται καταλαύνει.* Alterum est *lanuginosius, longiore caule, pluribus foliorum incisuris, plurimum in Sardinia proveniens, acerrimum, quod etiam sylvestre apium appellant.* Hoc ranunculi genus, sceleratam herbam vocat Apulejus; alii apium risus, quod in cibo sumptum mentis alienationem cum labororum contractione, eas convulsiones faciat, quæ risus speciem, videntibus praebent. Vulgo *αἴγυπτος κυνίζη*, *convulsionem caninam*, vocant, quod riectum canis repræsentet. Risus Sardonicus quondam dicebatur. Cicero in epistolis, *Sed heus tu γιλαίως Σαρδηνίον rideamus.* Hujus herbae meminit Poëta.

Immo ego Sardois videar tibi amarior herbis.

Salutius, In Sardinia quedam herba nascitur, que Sardo dicitur, agresti apio similis. Hec ora hominum, & rictus dolore contrahit, & quasi ridentes interimit. De Sardonia herba plura capite de ranunculo. Malè quoque Servius, Plinius auctoritate deceptus, apium sylvestre apiastrum vocavit. Non dicit, inquit, *cineam que omnium nota est*, sed illam Sardoniam que apiastri similis homines decipit. *Apiastrum sylvestris* debuit dicere, non, *apiastrum*. Malè etiam glossarum Auctor, apiastrum, *μελισσόφυλλον*, *μελισσόφυλλον*, in-

περισσων. Nemo apiastrum, vel hipposelinū, vel olusatrum vocari tradidit. Melissophyllum, à citri odore, citraginem aliis vocavere, quem si nares consulas, foliumque frices, percipies. Auctuarii Auctor *παπαῖον οὐνασπον* (scribe *απιασπον*) *εἰς δὲ καταργήσω*. Palladius, si mendum abest, citraginem vocat in Aprili Tit. 8. *Vasa autem quibus recipiuntur, perfricanda sunt citreagine, vel herbis suavibus, & conspurgenda imbre mellis exigui.* Ita etiam in antiquissimo codice, Regii expresso, legitur. Docti quidam citraginē, vel citreagine à melissophylio diversam plantam volunt, ac quidem quod in hortis seritur, ac, uti tradunt, cimicum odorem magis refert, melissophyllum; quod vero ocimum citratum, citraginem. Probant suam sententiam, quod Palladius citraginem à melissophylio distinxit, herbas enumerando, quibus apes delectantur, Aprili & Iunio. Alicujus moimenti argumentum foret, si uno eodemque capite, vel uno eodemque sensu ac loco distinguere inter melissophyllum & citraginem. Sæpiissime antiqui diversis capitibus, aliis atque aliis nominibus eandem designant plantam. In Iunio de melissophylio hæc Palladius: *Vbi globos apium frequentiores videris, uncta manu succo melissophylli, vel apī reges requiras.* Ita & in antiquissimo codice legitur: *puto tamen vel apiastrum vel apītri scriptum fuisse.* Glossæ apitra *τὰ μελιφυλλά, οὐ νῦν*. Melissa nemini incognita, quadrangularibus caulis, foliis latis, subnigricantibus, rugosis, aliquan-

Apiastrum Citrago.



tulum asperis, ballotes similitudinem referret, nisi minus hirsuta esset, altior subinde & suaviter odorata. Folia si quidem minus aspera sunt, pauloque longiora, & citrum malum redolent: coronæ aut verticilli instar, caulinulos quoque circumdant calyces, è quibus flosculi albidi: semen minutum nigricat: radix fibris multis committitur. Floret Iunio, Julio, & Augusto; sub hiemem tora marcescit radice restibili, quæ primo vere nova folia, atque inde caulinulos prouincit. In hortis sæpe melissa colitur; in sylvis ac montibus, vel aliis neglegitis locis sponte nata quandoque occurrit, pro loci diversitate odoratior. Nam frigidis locis graveolenter est. Seritur autem utiliter, ut Plinius lib. 21. cap. 12. circa apum alvearia, quæ hac herba delestantur, & aberrantes ad sua revocantur. Ballote vero, ut unde digressi revertamur, marubio candido similis appareret, nisi nigricans, non albida, ac gravis ac ingrati, haud vero jucundi odoris esset. Caules illi assurgent complures, hirsuti, angulosi, foliis circumdati, latis, rugosis, ambitu serratis, paulo majoribus & longioribus, quam candidi marrubii: flosculi in verticillis subinde rubent; radix ex fibris constat. Viget ac floret eodem quo candidum tempore;

Marubium Nigrum.



tempore; iisdem etiam locis reperitur, non raro aridioribus, ac minus late solo: foliis variat, quandoque majoribus, quandoque minoribus.

Korūz̄as, vel κορύζα. Male edunt κορύζας, κορύζα dicta est quod κανόπας, culices suo lenore capiat, Cassianus Bassus lib. 13. cap. II. ubi τοῖς κανόπαις, de culicibus agit. πλευρὸν ὑδατοῦ βρέχει. ή κορύζας εἰσήκουει, γάρ τοῦ δίκαιον τοῦ κορύζας. Rutam aqua macerato, aut conyzam coquito, indeque in domum irrorato, & culices exterminabis. Maluit tamen Gaza à pulicibus nomen acceperisse; pulicariam enim vertit. Certè & pulices pellit, ut idem Bassus eodem lib. cap. I. Διαφῆμει οἱ αὐτὸς πατεῖται σῶσαι βρέχεις καὶ παρεῖται, ή κορύζας εἰσήγειται Εἴσαιται ἀπόρρητοι. Corruptus codex. Latinus codex. Διαφῆμει ή ὄρος μελάνθιον ὑδατοῦ, &c. Scribe, Διαφῆμει ή αὐτὸς πατεῖται μελάνθιον βρέχεις ή παρεῖται, ή κορύζας εἰσήγειται, τοῦ Εἴσαιται ἀπόρρητοι. Disperdit autem ipsos penitus melanthium aqua maceratum & respersum, aut conyzam decoctum irroratum. Dioscorides lib. 3. cap. 136. Δύναται ή οἱ θύμιοι ἀπόρρητοι μελάνθιον. οὐδὲ τοῖς φύλλοις ή θυμιούιοι θύμεια διάκειται. & κανόπας αὐτὸν αὔρινον κτείνει οἱ κορύζας. Frutex cum foliis substratu suffituque venenatas bestias fugit, culices abigit, ac pulices quoque necat. Non sit tamen verisimile, nomen ei impositum fuisse, quod τὰς φύλλας pulices, sed quod τὰς κανόπας culices pellat. Fortasse Doctissimus Gaza culicaria scripsit, quod librarius in pulicariam mutavit. Utcunque se res habeat, pulicariam probare nego; quod eo nomine pellion intelligatur, quia nomen illud pellion magis convenit. Υπόλλων enim pulex, unde φύλλον pulicaria, quod pulices necet, vel quod semen pulicibus non dissimile. Placet aliis κορύζας per i scribere; nobis vulgata arridet, quod sic apud omnes fermè scriptum reperiatur. Altera probatur, quod magis etymo consentiat, ac convenientat. vide paulo infra. Nicander, metri gratia, κορύζας dixit in Theriacis.

Mixt̄ κορύζας φυτὸν ἔχειον, &c. His olidae virides ramos adjunge conyzę. Nonnulli per contractionem, κορύζα vocant. Absyrt. lib. I. cap. 32. artis veterinariae; λόκον κορύζαν εἰσάγειν. Theocritus Eidyl. 5.

Χαρακτὴρ εἰσεῖται πεπυκασμάτα ἐξ τοῦ Πτήτη πᾶχυν
Κορύζα τὸ ασφοδέλῳ τε πολυγνάμπῳ τε σελίνῳ.
Et iborus densatus erit ad cubitum usque
Conyzā, asphodelo, & flexibili apio.

Utrum autem κορύζα & κορύζα eadem planta sit, infra examinabo. Porro recepta quidem ac vulgata est sententia, κορύζα dici, quod pulices necet; an vera, haud scio. Ante τοὺς κανόπας quomodo derivetur κορύζα, non video; magna nimis differentia. Ego, salvo meliori judicio, dictum puto, τῷ τὸ κορύζαν, quod pulvere feedetur, pulvisque glutine quasi ac pinguedine obsitis caulis & foliis,

inhæreat, quæ idcirco obsoleti non raro videntur coloris. Hesychius, κορύζας, κορύζα, φύτεψας, κονογραβας. Vel κορύζα nomen accepit τῷ τὸ κορύζα & εἶται, quod caninum præse ferat odorem. ideo alii κονογραῦνται dicuntur. Auctuarii auctor, κορύζα μεγάλη, η κονογραῦνται, id est, decoctum caninum, quod dum coquitur, & cocta est, odorem quem dixi reddat. Hesychius aliud dat etymon, κονογραῦνται απὸ τὸ κορύζας δῶς τοῦ κορύζαν, η κονογραῦνται, ita locus iste legi debet. Vulgatus codex habet, κονογραῦνται δῶς τὸ κορύζας ἵνα κονογραῦνται, η κονογραῦνται συγκεπται. quod à canibus infestetur, vel quod à canibus lefis auxilium ferat. Certè ad morsus venenosus præscribitur; sed an à canibus affligatur, ac demorsis auxilium ferat, nemo prodidit. Forte nomen illud accepit, quod canes pulvere excitando hanc defoendent, quali labe laboraret. Κονογραῦνται, scabie infesto, fædo, deturpo, significat. Plinius quandoque Græcam servat vocem, quandoq; cunilam interpretatur; non raro etiam conyzę historiam cum origano thymbraque confundit. Vide quæ supra cap. de origano dixi. Τὸ κορύζαν cunilam vertit lib. 10. cap. 20. Non potest petris aavelli polypus: idem cunila admota, ab odore protinus resilit. Aristoteles libr. 4. hist. Animal. cap. 8. Καὶ οὐ πολυποδὲς οὐδὲ μόρια πεστικοταῖς. οὐδὲ μὲν δασταθῆναι, ἀλλὰ ταπεινοῖς δάστασισμένοι. ιαν δὲ τὸ κορύζαν πεστικοταῖς, οὐ φασιν ιανδὲς οὐ φανέομενοι. Polypi adeò pertinaciter comprehensum tenent, ut prius obruncari sese quam avelli patiantur. tum si quis conyzam admoveat, ex odore ajunt illico escam amittere. Pro πεστικοταῖς, lege πεστικοταῖς. Malit in quibusdam codicibus κορύζα, legitur. Nec melius apud Theophrastum pro κορύζας eliderant κορύζας. Theodorus vertit pulicariam, Plinius cunilam. Idem Plinius libr. I. cap. 8. Cratevas apud Græcos cunilam bubulam econmine appellat (vide cap. de origano) cæteri vero conyroides cunilaginem, thymbram vero quæ sit cunila. Antiquus noster codex, Cratevas apud Græcos cunilam bubulam eo nomine appellat, cæteri fere cuniramidem, cunilaginem. Thymbram vero quæ sit cunila. Scribe, Cratevas apud Græcos cunilam bubulam eo nomine appellat, cæteri vero conyzam, id est, cunilaginem: Thymbram vero, quæ sit cunila. Idem Plinius libr. 21. cap. 9. hujus sententiae auctorem facit Hyginum, quem dicit conyzam exponere cunilaginem. Cneorum, quod casiam Hyginus vocat, & quod cunilaginem, quæ conyzā, melissophyllum quod apiastrum. Cunila ergo, ut vult Plinius, & cunilago, conyzā. Hanc opinionem non servat ipse Plinius. Alibi enim, ut supra docuimus, origanum cunilam vocat, alibi thymbram, ut infra dicam. Conyzam & cunilam distinguit libr. 21. cap. 12. ubi herbas & frutices numerat apibus gratas. Violas, lilium, cyathum, fabam, ervilam, cunilam, papaver, conyzam, casiam, meliloton. Alia igitur cunila à conyzā. Cur ergo in loco Aristoteles citato κορύζαν reddit cunilam? Respondet vir maximus optimè de litteris Plinioque restituto meritus; Non dissimilandum in illis verbis veteres & optimos codices scribere (uti & in nostro antiquo scriptum) cuniculam, non cunilam: Ad mota cunicula resilit. Sic cunila erit conyzā, non cunila. & sicut cunila esse thymbram, ipse alibi dixit. Veteres quoque glossæ cuniculam exponunt conyzam. Ita enim legendum: cunicula conyzā, cuniculus κονογραῦνται. Apulei etiam nostri codex antiquissimus, capitalibus litteris scriptus, habet: Cratevas apud Græcos cunilam bubulam eodem nomine appellat, cæteri vero conyzam, id est cunilaginem: thymbram vero quæ sit cunila. His adde quod Thuanæus codex in Indice lib. 20. sic planè scribit. Ligustico sive panace 4. cunila bubula. 5. cunila Gallinacea, sive origano. 5. cunilagine. 8. cunila molli. 3. libanotide. 4. cunila sativa. 3. cunila montana 6. Eadem habet Rigtalianus in libr. primo, qui est Index; nisi quod cunila bubula, legit pro cunicula. Quomodo etiam alibi scriptum est in ipso contextu. Profecto inter ea cunilæ genera quæ cognominibus additis distinguuntur, recenset & cunilam bubulam, sive ea cunicula est. Cunila vero per se absque cognomento posita, Thymbram Plinio significat. ut lib. 20. cap. 17. Origanum quod in sapore cunilæ emulatur, ut diximus, plura genera in medicina habet. Id vero dixit libr. 19. cap. 7. thymbram quæ est cunila, emulatum esse origano. Non igitur cum hac cunila potest esse eadem illa cunila absolutè dicta, qua κορύζα, Aristoteles reddidit libr. 10. Eam cuniculam indigitant libri. Istam porrò cuniculam, sive conyzam facit eadem Plinius cum cunila bubula & cunilagine, libr. 19. cap. 8. ubi vult cunilam dici Latinis Græcorum thymbram: at conyzam Græcorum Latinè vocari cunilaginem, & eandem esse cum cunila bubula, cum tamen Cratevas ligusticum perperam eo nomine appellasset. Cæterum Plinii cuniculam vocasse vel reddidisse κορύζαν, non puto; verum, ut vulgati

vulgati codices habent, *cunilam*. Quod ex cap. 16. lib. 20. probo; ubi ait, *Tertium genus est ejus que à Græcis mascula, à nostris cunilago vocatur, &c.* *Tertium genus, scilicet cunilæ.* Vides, *conyzam*, Plinii vertisse *cunilam*, Malè ergo in antiquis codicibus *cunicula*. Satis aperit Plinius tertiam cunilam conyzæ gentis facit. Nihil ergo muto. Interim magnis viris, qui primum observarunt *cuniculam* haberi in antiquis codicibus, gratias agimus, quod pro virili, docte & ingeniose Plinium defendere conati sint.

Tò ἀριθμόν, &c.] Duo, inquit, genera conyzæ, mas & foemina; & quæ inter utrumque differentia sit, satis clare explicat. Duo genera etiam agnoscit Nicandri Scholiaestes, domesticum ac sylvestre. Δύο εἴτε τὸ μὲν φύλον ἡ μέγεθα, ἡ δὲ θυμός. ἀλλὰ μέγεθα δριμυτέρα τὸ τηλείον καὶ τὸ πάχειαν. Duo conyzæ genera. unum sylvestre, alterum domesticum. sylvestre domestico acrius est. Odore vult acrius esse. Hoc de foemina Theophrastus, οὐδὲ τὸ θυμόν δριμυτέρα. Plinius duo itidem genera conyzæ tradit, tria Dioscorides; quorum primum majus vocat, estque mas Theophrasti; alterum minus, & est foemina Theophrasti; tertium inter utrumque medium.

Tò ἀριθμόν, &c.] Utrumque genus Plinius lib. 21. cap. 10. describit his verbis, *Et conyzæ duo genera in coronamentis, mas ac foemina. differentia in folio; tenuius fæminæ, & constrictius, angustiusque. Hoc genus Nicandri Scholiaestes λεπτόν, vocari auctor est, ad hunc Nicandri versum in Theriacis,*

Η' καὶ λεπτὸς θερίας πολύθρονα φύλα κούζει.

Vel florens minimæ coma parva conyzæ.

Ad verbum, *vel salubria teneras frondes habentes conyzæ folia.* Scholiaestes. Καὶ οὐντα δή, εἰδὼ βοτίνης, λογικὴ τοπίον εἶπεν ηγεων λεπτὸν φύλλον. τὸ δέ πολύθρονα ηγεων πολυφάρμακα. γούρφεται εἰδὲ πολύχρονη γεων πολὺς χρῶν ιχνεῖα. εἰδὲ γραῦνη, μάστιχη τῷ κυδώνᾳ. Id est, *Conyzæ herba quam dixit leptonthron, id est tenuifoliam, πολύθρονα, idem est, ac si dicas πολυφάρμακον, ad multa medicamenta utilē, medicamentosam.* Scribitur, in aliis exemplaribus *polychnoa, lanuginosa*, quod multa lanugine folia predita sint. Posterior lectio magis quam vulgata arridet. Non enim tam salubria, quam lanuginosa conyzæ folia. Hesychius quod foemina folia pauca tenuiaque, mari vero multa, eaque lata & pinguis, foeminaν ἄφωνον vocat, marem οὐφυλλον. Κόνυζα βοτίνη ἄφυλλον. πνεύματα τούτου πολύφυλλον ικετῶν, &c. Foemina videatur esse quæ ἄφωνον illi dicitur, quod tenuia & angusta habeat folia: marem autem inquit esse οὐφυλλον, quod folia huic latiora & ampliora.

Tò ἀριθμόν, &c.] Marem folio latoiore & ampliore ait, ideo, recentioribus μιζάνη & πολυτόφυλλον dicitur. Neophytus, οὐντα ἄπορος δὲ μιζάνη, πολυτόφυλλον. Plinius, ut mox dicam, cunilaginem vocat, ac quidem marem loco citato sic describit; *Imbricatum maris (folium) & ramosius, flos quoque magis splendet &c.* Ramosum qua ratione folium dicatur, non capio; nec imaginari possum, unde imbricatum esse maris conyzæ folium habeat, nec quo sensu id dixerit, scio. Theophrastum si securus est Plinius, ex quo haber, quæ hoc capite de conyzæ; scribe. *Maris amplius, eadem ramosior, flos quoque ejus magis splendet.* Placet aliis; *imbricatus mas & ramosior.* Sed hujus lectio- nis ne vestigium quidem apud Theophrastum; quod etiam farentur qui eam probant. Unde igitur lectio memoratae auctoritatem pertinet? Ex Hesychio, apud quæ hæc habentur, Κόνυζα βοτίνη ἄφυλλον. πνεύματα τούτου πολύφυλλον ικετῶν, διὸ οὐ πέντε εἰδῶν ικετῶν. Ιτι δὲ οὐτε τούτων τίτλος εἰδῶν οὐτε οὐλῆν, ηχώντων οὐτε οὐλήν. *Conyzæ herba ἄφυλλον*, (sine foliis) alii plantam satis foliatam scribunt. Idcirco stramenta ex ea faciunt, τὸν stramentum ex gramine, paleis, foliis) etiam imbricum vice tectis tegendis utuntur. *insuper scopas ex iis parant.* De mare inquiunt, intelligendum, quod ait φυτὸν esse ικετῶν οὐφυλλον. Ideo & stramenta ex ea farciebant, & scopas faciebant. Sed & imbricum vice, tectis tegendis utebantur, οὐτε οὐλήν. Σωλήνες, οὐτε σωλήνες. Hoc Plinius cum forte legisset, conyzam masculam usum οὐλήν πρæbere tegendis casis; imaginatus est, folia eam habere imbricata. Evidem lolet Plinius eandem historiam sœpe ex pluribus contexere. Imbrices regulæ vocantur, οὐλησιδης & tabulatæ, quod imbre derivent in tectis. Glossæ; Imbrices, γλυκυληπτæ, idem sunt, quod σωλήνες. Simiæ unguis imbricatos esse, idem Plinius alicubi prodit, id est οὐλησιδης. & Cypriam laurum folio esse per ambitum imbricato. Ita etiam putavit imbricatum esse folium conyzæ, quod au- stores quidam scripsierint, usum præstissime οὐλήν ad te-

sta tegenda. Id verò maximè est ridiculum. Imbricatum alio sensu apud Vitruvium legitur libr. 2. cap. 8. *Inculta vero camenta alia super alia sedentia, inter seque imbricata, non speciosam, sed firmiorem quam reticulata præstant structuram.* Sed verutissimus liber eo loco scriptum habet: *inter seque implicata, quod melius est.* Ulva palustri, frondibus, harundine, stramentis tegi olim teguria solita, notius, est quam ut debeat doceri. Ergo conyzæ ad eundem usum adhibita. Et sic quidem intelligenda verba Hesychii: ή δὲ οὐτε καὶ οὐτε οὐλήν οὐλήν. Hactenus viri magni. Hæc si sententia Plinii, dictaque de causa dixit imbricatum folium conyzæ; ineptus admodum est. Sed quid si leganus, *imbricatum maris, eadem & ramosior, flos quoque ejus magis splendet.* At quomodo, inquiet quis, imbricatum maris folium dici potest? Eodem quo lauri Cypræ. *Imbricatum*, idem est quod crispium. Laurus Cypræ margine crispo. Plinius libr. 15. cap. 30. *Cypriam esse folio brevi, nigro, per margines imbricato, crispiam.* Crispam inquit esse & probat, quod per margines folia sint imbricata id est, imbricis modo curva & obtorta. Hæc si vera lectio, ac ejusdem explicatio, ex parte Hippocratem, ex parte Theophrastum sequitur Plinius. Hippocrates lib. 2. de morbis mulier. Εστι δὲ δι- χτέα η οὐσία, αλλὰ αφίσιον, η θρεπτὸν τὸ ιχεῖον εἰστὶ — καὶ ποσει- λευθῆσις οὐσι. κορύζη ποιεῖ οὐσιον διὰ τοῦ οὐλέος. Φύεται η αγκιστε- διαδέσσιν οὐχ ξεχωριστον φαμιλιόδεσσι. οὐλὴ δὲ ποτὲ οὐσιας οὐσι. τοῦτο σὺν μὲν η οὐσι αποδίδει. At si uterus semen non retineat, sed emittit, neque calorem in se habet, — & ρhoe rubri parem portionem. Conyzæ herba apio crispo similitus est, ad mare in locis arenosis nascens, cuius odio intolerabilis, hanc cum melle & vino in subdititio apponito. Corruptus codex Hippocratis: nullum conyzæ genus cum apio similitudinis quid habet, nec illud οὐσιον quo referri debeat, video. Dioscorides olivæ folia similia ait. Idem recentiorum observatione constat. An ergo scripsit Hippocrates, οὐσιον η ιχεῖον φύλλον εἰλατε, εὶλοτον φύεται, &c. An vero, οὐσιον διὰ τοῦ (sub- intellige φύλλον) εἰλατον οὐλῆν, folium habet simile oleoē crispi. vel simile fert (folium) olivæ crispe. Sed nullum oleoē geniū crispium. Ut cunque se res habeat: illud οὐλῆν ferri non potest. Præter omnem veritatem est, cum apio quamdam vel exiguum habere similitudinē. Cogitaram quandoque scribendum, οὐσιον διὰ ιχεῖον φύλλον εἰλατε, οὐλῆν. Folium habet hebenio simile, crispium. Certè conyzæ genus folis helenii laciniatis reperitur. Sed hoc in Batavia provenit locis palustribus, & humidis, procul à mari; cum in mari timis nasci scribat conyzam Hippocrates. Fortassis illud, vel simile genus in Græciæ locis mari proximis provenit. Parva certè mutatio, si scribatur, οὐσιον Βλενιον, οὐλῆν, vel οὐσιον διὰ ιχεῖον φύλλον (illa vox desiderari videtur) Ελευθ., εὐλή, φύεται, &c. Fortassis majus descripsit Hippocrates, & helenio comparavit, quod hirsuta sunt, & duplo quam olivæ majora, ex viridi pallentia & nonnihil crispa. Ex hisce, quas attuli, lectioνum varietatibus, hanc præfero, οὐσιον διὰ ιχεῖον φύλλον (adde, vel, si placer, subintellige) Ελευθ., οὐλῆν, φύεται. Ex Hippocrate ergo habet Plinius, cum scribit, maris conyzæ folium imbricatum, id est crispium, vel margine crispo. Ego tamen, ut ingenuè quod sentio fatear, Plinium Theophrastum sequi existimo, ac scribendum, ut supra dixi, *Folium maris amplius, eadem & ramosior, flos quoque ejus magis splendet.* Sed & alio modo imbricatum dici potest conyzæ folium. Imbræ aquæ ductus, vel regula curva & obtorta, per quam imber defluit. Mediae, præsertim, conyzæ folia canalis quandam ideam ostendunt, ea parte qua caulem ambiunt, ad modum regulae curva & obtortæ. An idcirco imbricatum folium dixit Plinius? Sed, quam dixi, opinionem servo: sc. Plinium Theophrastum sequi, ejusque codicem corruptum.

Καὶ μετ' Ἀρκτοῦρον οὐλήν, &c.] Corrigunt. η μετ' Ἀρκ- τοῦρον βλαστάνει. Quippe cum circa Arcturum, & post Arcturum germinent. Huic lectioνi non favet Plinius, qui loco citato scribit, *Flos quoque ejus magis splendet, serotinus utrique post Arcturum.* Florent, inquit Theophrastus, circa Arcturum & post Arcturum. Serot etiā germinant, sed non post, aut circa Arcturum, ut viri magni volunt. Arcturus tempore Columellæ oriebatur 15. Cal. Oct. Columella libr. 11. de re rustica cap. 2. 15. Cal. Octob. Arcturus exoritur, Favonius, aut Africus, interdum. Eurus, quem quidem Vulturnum appellant. Idem Columella pauclo ante, Non. Septemb. Arcturus exoritur, Favonius, vel Corus. Nulla planta Septembri mense germinare incipit. plures jam perierte: nec potest de priori exortu Theophrasti locus intelligi. Nam tum maturè satis & floraret, & germinaret. Idem Columella libro & capite citato undecimo; Calend. Martii Arcturus prima nocte oritur, frigidus dies Aquilone, vel Coro, interdum pluvia. Hæc

Hec ut melius à Lectoribus intelligantur, notandum est, duplice esse occasum & ortum syderum, ηλιας & νοτην. Plinius libr. 18. cap. 25. Exorruis occasusque binis modis intelliguntur: aut enim adventu solis occultantur stelle, & conspicīt desinunt, aut ejusdem abscessu proferruntse. Emersum hoc melius, quam exortum consuetudo dixisset, & illud occultationem potius, quam occasum. Alio modo quo die incipiunt apparere, vel desinunt. Oriente sole, aut occidente, matutini vespertinique cognominati, pro ut alterutris eorum mane, vel crepusculo contigit. Ηλιας occasum vocat cum solis adventu stellæ occultantur & occidunt: ortum ηλιαν, cum solis abscessu proferunt se & oriuntur. Alter modus orieandi & occidendi νοτην dicuntur. Ortus νοτην, est quando oriuntur cum sole & mundo: occasus, quando cum iisdem occidunt. Arcturus 15. Calendis Octobris ηλιαν oritur, νοτην occidit. Oritur Arcturus νοτην, quia cum sole & mundo oritur ac provenit. Occidit ηλιαν, quoniam sol vicinior stellam occultat & visibus nostris substrahit. Conyzam fero germinat & sero florēt, post, vel circa Arcturum. De flore tantum accipi potest, quod de conyzæ tardo proventu scribit. Si enim de vernali & cosmicō loquitur ortu, præmaturè admodum floret & maturè germinat; at qui fero florēt, sero germinare ait, Ergo heliacum solarem Arcturi ortum, id est, quæ sole descendente sit, intelligit; & quidem florendi tantum tempus designat, non germinandi; quippe tum omnis germinatio peradūa est. Vulgata ergo Theophrasti lectio servandā, καὶ μέτ' Ἀρκτοῦ λαμβάνει; scilicet, τῷ αὐτῷ, quippe cum circa Arcturum, & post Arcturum florere incipiāt.

[Η σῆμας δεσμοτοξική, &c.] Hippocrates conyzam ait odore esse intolerando. Plinius libr. 21. cap. 11. sententiam Theophrastū reddidit libr. 21. c. 11. Mās odore gravior, fæmina acutior, & ideo contra bestiarum morsū aptior. Ad hæc viri summi; Immo ad fugandos serpentes aptior, quia odorem habet vehementiorem. Dioscorides de conyzā: Διάνα ὅτι οὐδὲ πότερον τοις φύλαις ταπεινούσιον τοις φύλαις ριγωματίσιον τοις δημοτικούσι. Frutex cum foliis substrato sustinet, venenatas bestias fugat. Explicat quod dixit Theophrastus, fæminam conyzam, ideo γενετικὴν τοις βασικαῖς haberi, quia gravioris sit & acutioris odoris, quam mascula. Quod Plinius male explicat de morsibus bestiarum. Tò δεινὸν intentionem atque exuperantiam odoris, tam boni quam malii significat. Cum igitur dicit Theophrastus mascula conyzæ βασικὰ esse θρυψόν, fæmina vero δεσμοτοξική, non suaviores odorem fæmina adseruit quam mascula, sed in graveolentia longè acutiorē ac penetrantiorē. Hesychius, δέινος, εφερθεῖς. Dioscorides tamen, fæminam conyzam διαδιέγει facit: οὐδέ περ μηχανή καλάται. διαδιέγει δέοντα. Que non est mens Theophrastū. Idem Dioscorides tertiam speciem adiungit, quam dicit utroque priore, βαρύτονες δὲ ποτὲ τῇ ανδρείᾳ. Ergo ingratis & insuavis odoris priores. Sine τῷ δεσμοτοξεί separat δὲ τοις σενδαῖς Theophrastus, ubi de succorum differentiis agit. Ai δὲ τὸν δεσμοτοξόνα τοις δημοτικοῖς & τοις δημοτοξοῖς αἴδει διαδιέρχεται. Dioscorides ipse δὲ Polycnemī foliis, δέινον ποτὲ τοις σενδαῖς διαποτέραις. Quare δριμūs etiam esse potest absque σενδά. Et sane hæc vox interclusa τοις σενδαῖς & τοις δημοτοξοῖς, ex aequo significat. Myrepitus meninūt Conyzæ odoratæ, κριτῆς διάδει. Hæc erit conyzæ libanotis cognominata. Sane quidam Neoterici baccharūm pro conyzæ obtrudunt; alii baccharūm Monspelienium vocant. Forte & in Hesychio, ubi de conyzæ loquitur, corrigitur, & εἰς τὰ δεσμοτοξά γένονται. Ut ut sit, hæc conyzæ odorata diversa est ab utroque genere Theophrasti, quod fætidūm est. Hactenus viri magni. Duo notanda: unum quod volunt vocem δριμύτην intensionem significare: alterum quod Theophrasti mente de odoribus non satis intellexerunt. Omnia probandum, & δριμū intensionem significare, Hesychii locus, ut mox declarabo, nihil facit ad rem. Δριμὺς odor à βαρύσταις & σενδαῖς diversus. Theophrastus lib. de odoribus. Τοις δὲ σενδαῖς & κακωδαῖς, τοις ἡτοι κατηνόμοσι κακῶσι ἔχονται δριμύτης μετάδατος: τοις δὲ τοις γλυκίσιν τοις πικροῖς μετάδοτος, αἴδει δριμύτης λίγατον καὶ ιχνοφέ, καὶ μαλακή, καὶ γνήσια καὶ βαρεῖα ὅδια: ιχναὶ δὲ ταῖς τοντοῖς καὶ τοῖς κακωδαῖς. Cæterum suavis tetrig; odoris species vocabulis notata non sunt, quamquam in magno alioqui discrimine. Nam dulcia, & amara formis designata sunt. Verum acris dicitur, vehementis, molles, dulcis, gravis odor; cum istorum nonnulli communes quoque sint rerum male olentium. Manifestè acrem à gravi distinguit. Acris etiam odor gravi suavior; acris mortis odor & vehementis, attamen suavis; nec omnis odor gravis ingratus. Tum enim rosmarinum odore ingratus esset. Dioscorides, ut supra notavimus, βαρύσταις dixit; experientia tamen suaviter odoratum docet; sed, ut monet Dioscorides, cum gravitate quadam. Porro, ut ad al-

terum veniamus, non agit Theophrastus loco à clarissimis viris citato, de odoris, sed de saporis suavitate; Εὐδία enim capite 19. lib. I. non significat odoris, sed saporis suavitatem; quod ea quæ præcedunt & sequuntur ostendunt. Ad finem enim capituli, διότι τοις αχύοις opponit. Enθι τοις κακωδαῖς κατέται τοις θρυψοῖς τοις κακώσιν, τοις ποτὲ δημοτοξοῖς τοις κακῶσιν, τοις δὲ ασπραῖς & ἀσπραῖς πατετοῖς τοις εἰρητοῖς τοις εὐποτεῖς. Vide quæ ad caput citatum annotavimus. Cæterum Diocorides διαδιέρχεται dixit alteram conyzam, non quod iudas sit, sed quod minus quam cæteræ species fereat: tum quod non tam βασικόν, quam ἀράνιον spirat. Alius odor gravis, alias acris. Acris enim potest esse sine gravitate; quod vel sinapi docet. Eodem sensu & Myrepitus suavem dixit conyzam. Sed videndum quibus notis conyzam suam delineat Dioscorides lib. 3. cap. 136. Κόντρα δὲ τοις μηχανή καλάται τοις εὐποτεῖς τοις εὐποτεῖς, τοις φύλαις, τοις απεριττοῖς, τοις εὐποτεῖς, τοις απεριττοῖς Φύλαις οὐδὲ τοις εὐποτεῖς. Conyzæ quadam parvæ vocatur, odore præstantior, major altera, qua frutice attinet, foliisque latores & graveolens. Vulneraque folia oīe similia, at hispita & pinguis. Et majoris quidem conyzæ caulis in binū cubicorum a titudinem assurgit, minoris vero pedem aquat. Flos squamulus (triabilis) est, latei coloris & subanarus, ac in pappos abit. Radices autem supervacuae. — Est & tertium conyzæ genus caule crassiore molleisque, foliis media inter majorem & minorem amplitudinis. Minime autem pinguis ea est, at odore longe gravior, atque adeo insucundior simul & inefficiens. Locis aquosis prævenit. Euodisegri dixit minorem conyzam, non quod odorata sit, sed quod minus quam cæteræ fereat. Hanc mentem Dioscoridis ex iis quæ de tertia prodidit Conyzæ facile est colligere. Βαρυσταις δὲ πότερον κακωδαῖς. Idem de tertia Conyzæ tradit Galenus libr. 7. simpl. Est δὲ τοις τετράεδροις καρποῖς κακοῖς φυρόφοροι, αὐλοῖς διαδιέρχεται & διατοξεῖ. Est & tertium conyzæ genus in locis humidioribus proveniens, utrisque illis tum graveolentius, tum imbecillus. Conyzæ ergo omnis gravioris & inali odoris. Unde ergo Plinius mellis odore habere tradidit, cum mel nec graveolens sit, nec foetidū? Docti corruptum codicem existimant, ac restituunt; Folia fæminæ incluemod odorem habent, masculæ radix libanotis appellatur, de qua diximus. Frustra corrigit, vulgata servanda. Satisclare mellis odore in spirare lib. 20. cap. 16. scribit, ubi turpiter cum origano, thymbraque, quæ cuncta dicta, confundit conyzam. Tertium, inquit, genus est (cunilæ) ejus quæ à Græcis mascula, à nostris cunilago vocatur, odoris fædi, radicis lignose, folio aspero. Vires ejus vehementissimas in omnibus generibus carum (scribe, ad eam rem) tradunt. Manipulo quoque ejus abjecto (alter codex obiecto) omnes & tota domo blattas convenire ad eam. Privatim adversus scorpiones ex posca pollere. Tribus foliis ex oleo perfuncto homine, fugari serpentes. E contrario, que mollis vocatur, pilosioribus foliis & ramis aculeatis, trita mellis odorem habet, digitis tractu ejus coherescitib[us]. Altera thymus, quam libanotidem appellamus. Medetur utraque contra serpentes ex vino vel aceto. Pulices etiam contritæ (adde particulam copulativam, &) cum aqua sparsae necant. Sativa quoq[ue] suo usus habet. Succus ejus cum rosaceo auriculas jucat. Ipsa ad ictus bibitur. Fit ex ea montana serpillo similis, efficax contra serpentes. Vrinam mouet, &c. Tertium, inquit genus, quæ à Græcis mascula. Hactenus de duabus generibus origani egit, & cunilam vocavit; tertium cunilæ genus masculam vocari ait, à Romanis Italise cunilaginem. Supra diximus ex Plinio, Hyginum cunilaginem vocare conyzam. Atque conyzæ Græca plane diversa est à cunila sive origano: & tamen addit Plinius; Vires ejus vehementissimas in omnibus his generibus ad eam rem tradunt. Id est, ad morsus serpentum. Ergo conyzæ, vel potius cunilago, in generibus cunilarum, id est originorum, vires præ cæteris habet maximas. Sed conyzæ, vel cunilago Hygini non est ex originorum genere. Similem quidem obtinet potentiam ac facultatem, & quidem adversus serpentes majorem vim habet; sed inde non sequitur conyzam origano οὐσιον esse. Nemo Græcorum originum in mare & fœminam divisi; conyzam Theophrastus. Cunilago ergo est conyzæ, & quidem mascula. Eam gravis ac fædi odoris scribunt Theophrastus & Dioscorides. Organum omne suaveolens, neutram fætens. Cunilaginis radix Plinio lignosa.

Dioscorides πίξας κονύζης οὐτούς esse scribit. Solet & Plinius plantarum radices nullius usus lignosas dicere; qui pergit, E contrario mollis vocatur pilosioribus foliis, &c. In Indice hæc cunila mollis describitur. Dioscorides utriusque conyzæ maris & feminæ folia hirsuta esse dicit, & pinguia, διπλάσια καὶ λιπαρά. Tertium genus addit τῷ καλῷ παχύτερη καὶ μελανότερη. Ergo conyzam tertiam cum prioribus confundit generibus. Ramis aculeatis; De aculeis conyzæ nihil Theophrastus, nihil Dioscorides. Falsum est aculeos habere. & tamen spinosam esse conyzam tradit Pollux, atque inter ea numerat ex quibus sepes fiunt. Τάχα οὐτε ἐχεῖται βέτεται οὐκέται, πάχεται, πόνεται, καὶ φέσθαι πάντα τοῦ κονύζου ἐν φρεσκώσει τοῦ πατέρος. Inter spinosas conyzā recenset Pollux. Sed nescio utrum ad opus illud idonea satis conyzam. Major fortassis ad opus tale conveniens, cui duum cubitorum altitudinem tribuit Dioscorides: sed hanc aculeatam non tradidit Plinius, nec aculeos spinas fert ulla. Minor autem nullo pacto, ne imaginatione quidem, idonea dici potest; pedem quippe non superat. Sed nemo præter Plinium spinosam unquam tradit conyzam; spinis etiam caret. Sed corruptus codex Pollucis. Pro κονύζα scribe κονύζη. Κονύζη spinæ genus, δὲ τὸ κονύζην, quod & κονύζειν, ut meier, σιγεῖν, & similia. Sed & κονύζη etiam τὸ συγκόπτων dicitur κονύζη, herba spinis carens. Hesychius κονύζη κονύζης δὲ τὸ κονύζειν ἢ τὸ κονύζην. Εἰ κονύζη καὶ συγκόπτων. Ita locus iste legi debet. Duæ ergo plantæ κονύζης nomē audiunt; spinosa & spinis carens. Utramque confundit Plinius, κονύζη δὲ τὸ κονύζειν inter aculeatas plantas locum habet, ex qua sepes parantur. κονύζη vero, que & κονύζη, ex qua stramenta fiunt, inter aculeatas recenseri non potest. Odore melleo conyzam describit Plinius: at mel suaveolens, conyzæ omnis graveolens & foetida. De mellis odore nihil Theophrastus, nihil Dioscorides. Aliunde igitur haber Plinius, & liberè si liceat dicere, ex Theocriti versu male intellecto, qui extat Eidyl. §.

Aἰγύπτῳ, καὶ κονύζῃ, καὶ δώδης μελίπητα.

Egyptus conyzæ & odoratum melissophyllum.

Verba, Εὐαδῆς μελίπητα, putavit ad κονύζη referenda, vel libertum aliter legere existimavit. Non solet diligenter ad ea quæ præleguntur attendere Plinius. Altera, inquit, Thuris, quam libanotida appellamus. Puto Plinium alibi legisse, conyzæ folia thuris instar suffumigari ad fugandas serpentes, indeque thuris odorem huic adscripsisse; sed in re incerta certi nihil statui potest. Perinde est unde hæc de mellis & thuris odore habeat; neminem fugit, omnem conyzam foetidam esse. Ex recentioribus in eundem impegit errorem Neophytus, & Auctuarii auctor. Κονύζη λεπτόφυλλη, οὐ οὐτε κονύζη μικρη, οὐ οὐτε μακρη, οὐ οὐτε λεπτωτη. Illud λεπτωτη, vel à Plinio habent, vel ab alio, qui similiter conyzæ historiam cum adorata quadam planta confundit. Putavi quondam λεπτωτη dictam, quod aliquid similitudinis habeat cum libanotide: sed omnia planè dissimilia habent libanotis & conyzæ. Sequitur; Fit ex ea montana, serpylo similis, &c. Fit ex ea, nempe cunila quæ libanotis dicitur, montana; serpylo similis. Hoc partim Dioscorides de tragorigano, partim de heracleotico. Haec tenus locum examinavimus, nunc quæ de conyzæ Theocriti tradat Scholia-
stes, ejusque insignes errores excutiamus. Ad versum citatum hæc Interpres Græcus; Κονύζα φυτόν καρπόδες οὐ δισμοφορίδεις Δέλτα τοῦ Αἰγαίου οὐδεποτούντας. δοκεῖ γὰρ οὐδὲ βορεῖν Φυλέαν εύστοις πεπλεύται τοῖς αὐτοῖς αναστοιχοῖς. Νίσι θερινή η οὐδὲ Αἴγυπτος κατ' ίσην τοῦ θεσμοφόρων πεπλεύται πάρθενοι, γυναικεῖς, η γάρ Βίοι σπειρασθεῖσαι. (forte καὶ χριστικοῖς ιταῖς θεοῖς σπειρασθεῖσαι) καὶ οὐδὲ τοῦ (dele καὶ) οὐδέποτε τοῦ πεπλεύται, τοῖς γονιμούς βίβλους καὶ ιεράς ωτε τοῦ θεσμοφόρων αὐτοῖς ανεπιθέτους, καὶ οὐτανεὶς λιτανεύοντας, πεπλεύσθαι οὐδὲ Ελάσσονα. οὐδὲ Ελάσσονα οὐδὲν τῆς Αἴγαίου. Conyzæ planta herbacea, quam quæ festa Cereris celebrant, propter castitatem, lectis subternunt. frigida enim herba videtur, ac coitus appetitum inhibere. Lex Athenis est, qua virginibus mulieribus, & quæ castam vitam agunt, singulis annis festum Cereris perficere mandatur. Eo autem die quo festum hoc absolvitur, legales & sanctos libros vertici imponunt, & quasi supplicantes progrediuntur ad Eleusinam. Eleusin autem est Attica palus. Idem Scholia-
stes Eidyl. §. ad hunc versum.

*Χαὶ σινάδες ἔστε ταὶ πεπικαστρόδες ἔει τὸ Πέτρον παχύνειν
Κονύζη τὸ σφοδέλω τε πολυγνάμπιον τε σελίνῳ.*

*Eē thoros densatus erit ad cubitum usque
Conyzæ, asphodelo, & flexibili apio.*

Τὸν κονύζην κονύζην εἶπεν. οὐδὲ δι φυτὸν Ψυπλικάτητον. οὐδὲ καὶ οὐτοῖς δισμοφορίοις κατεριμένουτο τὸ φυτόν, τὸ δημοτικὸν τὸν καὶ τὸ

ἀρρεδίσια κακότοντος. Κονύζην conyzam vocat; est planta frigidissima. Quare in thesmophoriis festis Cerealisbus mulieres & virgines sibi cubitus subternunt ex hac planta, ut veneris æstum exscindant ac extinguant. Duo triave consideranda. An conyzæ planta frigida. Affirmat id Nicandri Scholia-
stes in Theriacis. Κονύζη οὐδὲ βοτάνη καλλιφύλλη οὐδὲ αὐτης ουσιοτεινη. διδοκεῖ τοὺς δισμοφορίους ιράσιντο. Herba quæ refrigeranda potestate veneros impetus cobibet. Idcirco in Thesmophoriis subternitur. Sed hic Scholia-
stes non majoris est auctoritatis quam alter. Majus argumentum ex Apollonio adferunt, qui apud Galenum lib. 2. καὶ πόπον cap. 1. aduersus capitū dolorem ex ardore conyzam praescribit. Sic enim habet capitū titulus. Τὰ τῶν Ἀπολλωνίων περιφερειαί τοις τοις καταληπταῖς διηγεῖται, Apollonii vetera. Άλλοχοντες καίδους μεταβαλλούσιν δισμονα, εκκαΐδηκα δικτύονται οὐδεποτε έπειτα ποτέ οὐδέποτε ή, ιερατρίσια παντελει σπάσιμα. Αλιδην. Conyzæ odoratæ fasciculum decem & sex digitorum in aquæ heminas octo conjectum sub dio per noctem exponito, & leviter aquam effundito; Ad hoc argumentum titulo sequente respondebat Galenus, Τὸν κονύζην οὐ πόπον αδύτων ψύχειν, αλλα & θεραπεύειν μεταλλεύειν δισμονα οὐδεποτε οὐδεποτε έγραψεν οὐ Απολλωνίος οὐ τοις ψύχουσιν. Conyzam refrigerare non solum impossibile est, verum & calfacere moderatè potentem novi, & miror sane cur inter refrigerantia Apollonius retulerit. Calidam esse conyzam, negari non potest, odor, & sapor calidam testantur. Non tamen miror Apolloniu aduersus capitū dolores ex calida caufa praescripsisse. Per se non refrigerat, sed per accidens, ut crocus. Notum satis, crocum oculis inflammatis adhiberi & prodesse. Ut crocus tenuitate sua oculorū tunicas resolvit ac perspirabiles ita reddit, ut materia calida, inflammationis causa, exhalari & discuti possit; sic etiam conyzæ tenuitate, qua prædicta, substantiae poros capitū aperit, ut humor ardorem faciens, evaporare, tenuesque abire in aures possit. Venerem conyzæ inhiberi Nicandri & Theocriti Scholia-
stes scribunt, & præter hos nemo. Non refrigerando veneros impetus coerget, sed partium tenuitate; non secus ac caphora evanescere facit omne quod est in semine aëreū; quo dissipato, perit omnis Veneris libido. Scio vulgatam esse ac receptam sententiam, caphoram frigidam esse, idque quod sanguinem

Conyzæ Major.



(ut fama est) congelet. Hoc frigoris est, inquiunt, non calor. Immo calor est, non frigor, & hoc ideo præstat, quod vis eius tota penetrat sanguinem. Puta, penetra-

tio omnis à calore est. Frigus enim, ut ait Philosophus, non ingreditur opera naturæ, vel congelat sanguinem, quod laxet & aperiat viam spiritibus. Docet experientia, sanguinem in patellis ob spirituum amissionem coagulari. Plura de hac questione alibi. Conyzæ genera plura observavit recentior ætas. Major, sive mas Theophrasti, quæ pro legitima conyzæ haberur, plures ex eadē radice primit caules, sesquicubitales plerumque, aut majores, tereetes, duros, lignos, hirsutos, pingues, obsoleti coloris. Folia ex virore pallent, frequentia, inordinata, alternis caulem amplectentia, crassa, densa, oblonga veluti olivæ, sed ampliora, duploque ut plurimum majora, nonnihil crispa, ac serrata, hirsuta & pinguis, seu glutine quadam & pinguedine obsita. Extremi caules multis ornantur secundum longitudinem spicæ instar floribus luteis, rotundis, hieracio, aut senecionis fere similibus, & in papuim, ut illius, evanescentibus. His subest semen exiguum, ut hieracii, cinerei coloris: radix crassa, fibrosa, vivax & multis annis perstans, quotannis novos pluresque caules proferens. Tota planta pinguis, glutinosa, & lento glutine occupata, graveolens cum suavitate quadam. Tepidiora austrianoque cælo & aëre maritimo oblectatur; cujusmodi est Hætruriæ inter Florentiam, Aquaspendulas, & Romam, atque Nitiobrigum in maritimis Venetum & arvorum marginibus. Lucellæ, Massilæ, Montpellii. Super Olyssipponem frequentissima ad collum Tago flumini imminentium radices, Murciano, item Valentino regno, atque etiam Narbonnenſi agro juxta vias & vinearum margines. Apud Baravos fictilibus sata nascitur, & æstate flores producit; sed adversus hyemis injuriam munienda. Medium conyzæ genus, candida quoq; lanugine pubescit, ac gravis odoris virosum quoddam spi-

Conyzæ Media.



rat, caules emitte pedum, aut duūm dodrantum altitudine, rotundos, rectos, graciles, solidos & subhirsutos. Folia ejus oblonga, digitum lata, mucronata, hirsuta, margine nonnihil crenato: flores in fastigiis ramulorum orbiculati, subtus asperi, chamæmeli similes: sed non in medio orbiculo sive disco tantummodo, verum & ambitu lutei, & paulo majores, qui & in papposam lanuginem abundunt. Subest semen oblongum, fuscum, quod cum pappo saepius avolat. Radice nititur lignosa, fibrata, nigricante, & perenni. Saporem flores habent amarum & acrem: folia gustu mitiora sunt: odorem spirat gravem, subacrem; præsertim flores, qui Iulio Augustoque mensibus conspicuntur. Locis gaudet humidis: in convallis mari proximis ac humectis frequens admodum reperitur. Locis etiam incultis, aridis, mari tamen proximis inveni. Lætius tamen locis humidis provenit. Et hanc conyzam puto Hippocratis. Folia helenium satis referunt,

sed multo minora, margines crenati; unde oīdixit, ve
nerandus senex οφλονγρια. De factore nemo dubitat: vulgo foeridam conyzam vocant. Minor conyzæ raro plus uno assurgit caule, cubitali, plerumque minore, ramolo, hirsuto etiam & glutinoso, sed magis vidente quam superioris. Folia sunt triplo minora ad linariae folia acceden-

Conyzæ Minima.



tia, villosa tamen pinguaqne etiam illa. Extremi ramuli secundum longitudinem, veluti in majore flosculos sustinent, minores & longè minus splendidos; radix (omnium quidem, quas observavit diligentissimus Clusius, eius generis stirpium) singularis & annua. tota planta maiore odoratior est. Crescit autem frequentissime in agris non procul Madritio, via qua Toletum itur; reperiatur & in Narbonnenſi Gallia infra sylvulam illam, secundum quam via est, à Mompelio Peraul, stagnis adjacentem pagum. Ex Hispanico semine nata est Clariss. Clusio Viennæ; etiam aliquot annis in horto perstittit, ex semine deciduo rediviva. Floret autem cum majore; sub autumnum videlicet, & subinde semen profert. Præter hanc & alia ostenditur non aquæ odorata, sed graveolentior, eaque de causa cum delineatione Dioscoridis magis conveniens. Exigua est herba, palmum aut dodrarem alta, incana quoque & lanuginosa, odoreque cæteris referens. Folia exigua sunt, flores chamæmeli mediis orbiculis aut tanaceti similes, è colore luteo subnigrant, qui, ut aliorum, in lanuginosos ac molles pappos pereunt. Radix tenuis est. Humidis ac riguis locis creberrima exit. Describuntur & alia conyzæ genera, ac quidem aliud majoris generis à plurimis ostenditur, quod folia habet primo anno è semine prodeuntia, quam jam descriptæ conyzæ latiora, instar verbasci, sive primulæ veris, sed tamen minora, nigriora, lamig inosiora, sive molliora, in terram refracta & in mucronem desinentia. Altero deinde anno caulem fert rotundum, sesquicubitale, nonnunquam ab una radice plures, graciles, solidos, foliis jam dictis minoribus vestitos, interdum in adnata divisos. In quorum fastigiis sunt capitula, à quibus exeunt staminæ luteæ, aut ex luteo nonnihil purpurascens, florem constituentia, longitudine plerumque unciali, undique in rotundum, radiorum instar, explicita, qua in pappos abundunt: subest semen oblongum, fuscum, parvum. Radice nititur lignosa, fibrata & perenni; saporem habent flores & folia amarum. Nec ingrato odore stirps, sed aromatico; nec glutinosa, sed secca. Quare conyzæ major esse nequit,

nequit! unde aliis baccharis videtur. Sed de hac quæstione alibi. Locis apricis & aridis frequens, petrofa & veteros etiam muros non refugit. Media etiam species altera apud Batavos reperitur, caules proferens crassos, leviter striatos, sed interius inanes, vacuosque, circa fastigia in ramulos divisos: folia, quæ caulem plurima ambiunt, margine crispa ac veluti incisa, Helenio aliquin non dissimilia; unde conyza Helenitis incisis foliis à Lobelio vocatur. Flores lutei sunt; fibra similiter pro radicibus nigrae, molli tenuique lanagine, & hæc tota incanescit, sed minus graveolens; flos in lanuginem etiam perit, mellis odorem quadantem referens. quare legitimæ conyzæ genus esse nequit. Floræ æstate. plurimis Hollandiæ aquosis locis reperitur, & circa Atrebatum fines locis palustribus. Invenitur & aliud genus huic odore totaque forma non dissimile, nisi quod folia non sunt incisa: sesquicubitalibus caulis assurgit, incanis ac lanuginosis, foliis vestitis digitalibus, vulgari non dissimilibus, parte supra viridiòribus, averla incanis ac candidis, rha foliis emilia similibus. Flores conyzæ, lutei, qui & in pappos abeunt, odore melleo, sapore acrisculo. Radix fibrosa, vulgari bacchari non dissimilis. Lecis palustribus apud Batavos exit, floret æstate. Hactenus de conyza. Cujus plura genera delinearunt summi Botanici Carolus Clusius, Lobelius, Barthinus, quos curiosus adeat Lector.

[Náphn. Sic dicitur, teste Phavorino, τοῦτο τὸν οὐρανόν, τὸν κάτων, τὸν αὐτούντος, id est subter, infra. quod ex edito loco deorsum versus defectus sit. Respicit ad furtum Promethei, quem Poëtæ fingunt, Minervæ auxilio freatum, ascendiſc eæclum, ibique ferula ad currum solis admota, ignem rufum in terras derulisse, ut docet Horatius libr. I. carminum.

*Audax Iapeti genus
Ignem fraude mala gentibus intulit,
Post ignem Pætheria domo
Subductum.*

Idem canit Nicander.

*Pæta σὲ νάρην τὸν γειτόνων εἰς αἴρυστον ηδω.
Ος τε Προμηθεῖον.*

Cætera desiderantur, Scholiaſtes, "Ος περὶ Περιηγίοις τεττάριον τῆς κλοπῆς τὸν ἵστον τὸν νάρην, τὴν τὸν κλιψαντα τὸν κλοπὴν Περιηγίαν, κλοπὴν τὸν λίγον αὐτὸν τὸν. Ferulam à farto Promethei commendat, quod ea ignem Iovi abstulerit, & ad homines in mundum traxit. Versus supra citatos in hunc sensum reddidit Gorraeus.

*Exime & interno ferulae de ventre medullam,
Quæ quandam furtivo incanduit igne Promethei.*

Vel náphn. dicitur τοῦτο τὸν οὐρανόν, quod bacilli ex eo fiant, quibus sustentantur senes, aliisque corpore debiles. Mancunt alii náphn. dici, quod thyrsum ferat. Πολλοὶ τον νάρην φέρουσι δὲ τὸ βάκχον, plures thyrfigeros, paucos est cernere bacchos. Supra carmen illud à nobis expositum. Ferula thyrsum non gerit, sed umbellam. Ferula à feroendo, quod laci illius pedamenta fruticibus & senibus baculi ac scipiones essent. Plinius lib. 13. cap. 22. Nulli fruticum levitas major, ob id gestatu facilior, baculorum usum senectuti præbet. Baccho etiam sacra & Sileno. Vino enim titubantes fulcit, nec onerat tamen. Est enim, ut idem Plinius ait, ligno durissimo foris, licet intus lignum non habeat. Grammatici ferula nomen à feroendo impositum contendunt. Antiquitus enim discipulorum manus ferula cædebatur. Eleganter Columella in Hortulo.

*Nec manibus miteis ferulas, nec cruribus æque,
Terga rubi, spinisque ferat paluron acutis.*

Idem eodem Libello.

*Capparis, & tristes imile, ferulaque minaces
Plantantur.*

Iuvenal. Satyr. r.

Et nos ergo manum ferulae subduximus, & nos, &c.

Id est, nos quoque literas didicimus & præceptorum opera, qui ferula manus percuriunt, usi sumus. Lepidissimus Poëta Martialis, sceptrum paedagogorum appellat. Terrent quippe ludi magistri hac magis quam lædunt.

Ferulasque tristes sceptra paedagogorum.

Ausonius ad Theonem.

Ausonius, cuius ferulam nunc sceptra verentur.

Inniuit se Imperatorum præceptorem esse, vel regium magistrum. Sic Ovid. lib. de arte Amand. de Achille.

*Poscente magistro
Verberibus jussas præbuit ille manus.*

Idem libris Amorum ad Auroram.

*Tu pueros somno fraudas, tradisque magistris,
Ut subeant teneræ verbera sæva manus.*

[Της νάρην &c.] Duo agnoscit ferulae genera, & quam νάρην vocant, ferulaginem Gaza. Plinius loco citato. Ferula calidis nascitur locis, atq; trans maria, geniculatis nodata scapis. Duo ejus genera: narthece Græci vocant, assurgentem in altitudinem, narthecian vero semper humilem. Idem 19. cap. 9. Ferulae duo genera in peregrinis fruticibus diximus. Semen ejus in Italia cibus est. Conditur quippe duratque in urcis, vel anni spacio. Duo ejus genera: caules & racemi. Corybiam hanc vocant, cymbosque quos condunt. Pro, semen ejus in Italia cibus est. Scribo, germen ejus in Italia cibus est. Primis germinibus, sive alparagis, in cibis utebantur, & caule. Antiqui codices pro, duo ejus genera, habent, duo ea genera: caules & racemi. Forte legendum, duo aliagenera, (sciant) caules & racemi. Ut sit sensus; duo ferulae summa genera, eadem in duobus subdividi, in id quod caulem ferre permitunt, & cui adhuc tenellus caulis demetitur. Ac quidem prius corybiam ferulam vocabant, quod in caulem assurgere permittent, ut cymbos sive umbellas nascentes ad condituras colligerent. Alterius, cuius nomen rater Plinius, caulem gliscere, tenellum, & adhuc convolutum demetebant, ut vel recentem comedenter, vel in condimento servarent. Ferulae condituras docet Columella lib. 12. cap. 7. Olusatrum & ferulam, & fæniculum etim legeris, sub testo exponito dum flaccescat: deinde folia, & corticem omnem follicularum detrabit: caules si fuerint pollici crassiores, arundine secato, & in duas partes dividito: ipsos quoque flores, ne sint immodiati, diduci & partiri oportebit, atque ita in vase condit. Deinde jus quod suprascriptum est (siebat hoc ex aceti duabus partibus, & una duræ murice.) infundi, & paucas radiculas laseras, quod Græci οἰνος vocant, adjectas, ita spissamento fæniculi aridi contegi, ut jussuperveniat. Aliam præter datam ferulae differentiam tradit idem Plinius, maris & freminæ lib. 20. cap. 23. Ferula semen anetho simile habet. Quæ ab uno caule dividitur in cacumine, femina putatur, caules eduntur decocti, commendanturque in usto ac melle, stomacho utiles, sed plures sumptu capitis dolorem faciunt. Mas ergo est quæ à pluribus in cacumine dividitur caulis; femina, quæ ab uno. Hanc differentiam Plinius nec ex Theophrasto, nec ex Dioscoride habet.

[Διαφορ., &c.] Ferulae ferulaginisque differentiam ostendit, utramque eleganter adeo describens, ut melius ab alio describi nequeat. Id fecit, non quod rara admodum planta ferulae, sed quod multæ plantæ huic comparari soleant. In ferulae historia hæc observanda. Scribe ex Aldino & Basiliense codice pro, καὶ πολὺν ιπποτοῦ, &c. πολὺν ιπποτοῦ, &c. pro μῆτρᾳ, ιπποτοῦ, &c. πολὺν μῆτρᾳ, ιπποτοῦ, &c. Αμανηγενεῖον ait, Gaza vertit, semen obscurum. Cave credas semen adeo minutum esse ac parvum, adeoque tunicis aliisque involucris tectum, ut conspici nequeat. Sed intellige semen esse colore obscuro, tristi, neutquam venusto, splendido, grato. Quod ait ιπποτοῦ esse, id verum est; sed singulis annis apud nos novum non promitt caulem, in quo flos & semen, sed solet demum tertio, quartove anno caule ferre, florere, semen producere; quod ubi peractum, interit tota planta, nec reviviscit unquam. Semel aut bis tantum observavi plantam proximo vere nova folia promisces. Videamus quid de ferula Plinius tradat. lib. 13. cap. 22. Et ferulam inter externas dixisse conveniet, arborumque generi adscriptissimæ quoniam quorundam naturæ (sicut distinguemus) lignum onus corticis loco habent, hoc est forinsecus: ligni autem loco fungosam intus medullam, ut sambuci: quædam vero innatam, ut barundines. Ferula calidis nascitur locis, atque trans maria, geniculatis nodata scapis. Duo ejus genera: Narthece Græci vocant, assurgentem in altitudinem, Narthecian vero semper humilem. A genibus exentia. Folia maxima, ut quæque terra proxima: Cætero natura eadem quæ anetho & fructu similis. Nulli fruticum levitas major; ob id gestatu facilior, baculorum usum senectuti præbet. Semen ferulae thapsiam quidam vocavere, decepti eo quod ferula fine dubio est thapsia, sed sui generis. Plinius brevis in ferulae historia, copiosior, clarior & dilucidior Theophrastus, quem sequi debuisset. Arborum generi adscribit ferulam;

cum

cum omnis arbor caulem ferat perpetuum, nulla annum. Theophrastus suffruticibus annumerat; quoà foliola habeat parva. Cur peregrinis & externis adscribit? Italæ est familiaris. Caulem, & germen Italæ cibum esse, constat ex iis quæ de conditura ex Columella & Plinio supra attulimus. Quoniam quorundam naturæ, &c. Rationem reddit cur arboribus adnumeret. Scribe, Quoniam quorundam naturæ (sicut distinguimus) lignum omnino corticis loco habent, &c. Verum quidem est sambuci medullam fungosam, inanes quædam arundines: sed inde non sequitur, ferulam arboribus annumerandam. Ineptus foret, qui calamos (de vulgaribus loquor, non de Indico) inter arbores recenseret: nec omnis, ut Plinius hoc loco docere videtur, inanis; sed quidam farctus & plenus. Ferulam calidis locis nasci ait. Frigidis sata provenir, sed adversus hyemis injurias muniri debet: vehementiores enim non fert. Pro narthechiam, scribe, nartheciam. A genibus exuenientia folia maxima, &c. Explicat hæc Theophrasti verba, καὶ γενικῶν ἀφ' αὐτοῦ τὰ φύλλα βλάστου, ἐκ τοῦτον προεγένεται. a genibus, id est a geniculis, cetero natura eadem, que anetho, &c. Dalecampius ex Theophrasto legit, Floris natura eadem que anetho & fructus similis, ob id gesitatu facilius, &c. Sincerior lectio, Ob id gesitatu facilis, baculoru, &c. Semen ferule thapsiam, &c. Corruptus codex, scribe, speciem ferula thapsiam quidam vocavere. Vide caput Thapsia. Haec tenus Plinius. Ferula descriptionem non tradidit Dioscorides. Etenim quæ ad finem capitinis leguntur viris maximis merito suspecta sunt, quod apud Oribasium non reperiantur. Hæc ad calcem capitinis habentur. Οὗτοι νόρθη καυδὸν ἀναφέντες τείπηχον (scribunt alii, τείπηχον μέρην) πολλάκις. Φύλλα δὲ ἵκαια μαστίχη μαφεῖ, παχύτερα δὲ πολὺ καὶ μικρόν. οὐδὲ τοιχίποντος καταπλοκῶν ωρῶν τῷ φύλῳ. Ferula itaque (ferula altera) caulem profert ternum plurimum cubitorum. Folia vero habet fœniculi; at longè crassiora (Ruellius τείπηχον, aspersora; vulgata præstat) majoraque. Sagapenum quoque ex ea proximè radicem vulnerata manat. De Sagapeno galbanoque quæ succi ex ferula dicuntur, si detur occasio, lib. 9. agam. Ferulam recentiores observarunt latifoliam & tenuifoliam. Ferula caulem promittit quatuor, non raro quintum cubitorum, geniculatum, glabrum, crassum, & sub finem æstatis durum, ac lignosum, unicum, sed circa cacumen ramosum, fœniculo crassiore; ex quo si prima germinatione foliorū futurorum ac umbellarum rudimentum eximatur, ovi

Ferula.



coctum luteum magnitudine referet; quod corculum cœpitur & rite nonnulli appellant. Sub cineribus assatum; prius tamen charta, aut linteo madefactis convolutum, mox pipere & sale conspersum, non modo gustui gratissimus est cibus, sed etiam ad excitandam Veneregi-

valentissimus. Folia grandia sunt, mollia & multifida, in capillamenti modum attenuata, multo, quam fœniculi majora, pinguiora, crassiora, alterno ordine dispositæ; umbellæ tum in fastigio, tum in aliis prægrandes, latæ, anetho aliquo similes; flosculi in his lutei. Succedunt semina, foliacea, compressa, ex oblongo-rotunda, lata & plana. Radix magna, recta, & altè in faxorum commissuras hiantes rimas descendens, evulsa difficultis, candida, lacteo pingue succo turgida, odorem vehementem vibrans. Iunio ac Julio, vel etiam prius, in calidis regionibus floret, ac semen non multo post perficit; perit inde caulis, qui annuus est. Sponte provenit in complurib. Atticæ ac Asiae regionibus nec deest in Europa. Nam in Apulia & Gallia Narbonensi frequens est; præsertim illis rupibus præruptisque faxis propè subterraneas cryptas, via qua Monspelio Fontignanam itur ad rectam.

[The following is a dense block of Latin text, likely a continuation of the previous paragraph or a note, written in a dense script.]

Mandragora quasi *māndragorā* τὸ γένος, speluncarum stabulumque honos, quod ad mandras pecorum, aliaque speluncas proveniat. *Māndragorā*, spelunca, pecorum stabulum. Theocriti Scholiastes Eidyl. 8. ad hunc versum, Καὶ τοῦτο μᾶνδρας καρτελαύνειν, ἔμοις τετέραι. *Juxta* speluncam deprehendit. Τόντο τοῦ βροτοτοῦ δρακόντην, ἢ μακριάν, ἢ βάκτραν, οὐτε τοῦ θεοῦ ζεύσινον απαντεῖται, εἰ φυσεῖ τινας τούς μάνδρας. Οὐνιον καυδὴν mortarium in quo pinsit farina, vas est lignum in formam abaci, quo ad subvigidam materem utuntur. nomen accepit quod in his maras pīsent ac terant. Mandragora hæc Theophrasti diversa est ab illa, quam Dioscorides describit. Dioscoridis mandragora caulem habet, nullum Theophrasti, instar ferulae. Dioscoridis prior mandragora fructum fert sorbi, altera fructum similem quidē fert, sed duplo majorem, ex luteo pallidū. Theophrasti mandragora, acino uvae similem habet fructum succo vino-fo. Sed pro *μανδρήν*, doctissimi viri restituunt, *ανδρήν*, id est *ovatus*. Hanc libenter probare Lectionem, si Dioscoridis, Theophrastiq; mandragora eadem foret. Sed cum altera caule sit ferulaceo, altera caule careat; hanc lectionem probare nequeo: maximè cum reperta sit planta, quæ ad amissum omnes quas Theophrasti tradit notas habeat. Dioscorides mandragoram describit lib. 4. cap. 75. ubi tria genera mandragoræ recenseret. Sed nobis quæ de tertia tradit suspecta admodum sunt; tum quod in antiquis codicibus descriptio hujus mandragoræ desideretur; tum quod ejus mentionem nullam faciunt, Oribasius, & Plinius. Accedit quod alterum genus *μανδρόν* vocari tradit, quo nomine tertium describit. *Μανδρωγόρας*, οὐδὲ αντικλητος, οὐδὲ δράκαιος, οὐδὲ κηραῖαν καλεοντο, ιπτάμενην γένεσιν φύλαξον εἰς την ποιητικην. οὐδὲ αὐτῆς οὐτε της θύλακος. οὐδὲ πατέρα μανδρανούσι. Φύλαξ ἡ κατανόπτρα (quidam codex post θύλακον addit, τοῦτο τοῦ μίλων) καὶ μακρόπτερον (vulg. exempl. μακρόπτερον, vetus quidam, πικρόπτερον, probat Oribasius) θρίδων, βραχεῖδην (vetus, δυστέλλον) καὶ βαρύτην τὸν δοσμούν, περικύλωρα οὐδὲ της γῆς, οὐδὲ πατέρα μηδε οὐσίας (vetus λεπτόν μέρον) μαφεῖ, οὐχέτο. (vetus οὐχεῖτο, nec male, nisi Dioscorides sibi contrarius esset velit. Oribasii Interpres achradibus, quasi scriptum foret αὐγάδην vel αὔρατον. Sambuci probo lectionem) εὐώδη, οὐ δι της καρπος οὐστερε σπίνειν. μίλων ειναιρέσθαι δύο ή τείπηχον, ατεμπτωτον μέρη αλλήλαις, μελανανη (vetus, μελανη καθάπτει φύλων) η τοῦ ιππότειαν, ηδηζει λασσονη επιχύρων. Καὶ οὐδὲ οὐδὲ φύλα. Τοῦ δὲ αὔρατος καὶ εἰσινοῦ οὐ ιπποτόνων (vetus τοξιον, μελανη tribendum) ιηδετον, φύλατον (φύλα τοξιον, μελανη τοξιον) πλατία, λεῖα, καθάπτει τούλον. τοῦ δὲ μηδε διπλάσια (Cal. περιπλάσια) κροκίζοντα τῇ χρονίᾳ, εὐώδη μηδε βαρεσσον ποτε. οὐδὲ εἰσινοῖς οὐ ποιησεν ποτε, ιακωβα ευνοιται. μίλων δὲ οὐσια της σπέρματος, μελιζων οὐτε λασσονητέρα. αὔρατος η ειπετην. — Ιπποτόν οὐτε εἰπετην μέρη λασσονητόν, φυρούντο οὐ παλιονιστέρα την αὔρατην. (Lac. legit in vet. cod. η αὔρατος) Φύλλα ιπποτόν ομητα τηλασσονητόν μελανητόν τηρητόν οὐτε αὐθημαστέρα, λασσονητόν οὐτε τηλασσονητόν διπλάσια τηλασσονητόν, μελιζων αὐθημαστέρα, πάχετο διπλάσιον μελανητόν, &c. Mandragoram nonnulli antimalum, aliqui Dircaam, alii etiam Circeam idcirco vocant, quod creditur radix in amatoris efficax esse. Duo ejus genera: niger, qui femina existimatur thridacias appellatus, foliis est quam lactucæ angustioribus & longioribus, in terra sparsis: atque inter ipsa mala gerit sorbis similia, ex luteo pallida, odorata, & in his semen, ceu pyromrum. Radicibus autem inhaeret bene magnis, binis ternisque invicem implicitis, nigris foris, intus albis, crasso cortice vestitis; caule vero viduus est. Alterius candidi, qui & mos dicitur à nonnullis morion vocatus est, folia sunt magna, alba, lata, levia ceu betæ: poma quam proris duplo majora, colore in crocum inclinante, jucundè cum gravitate quadam olentia: quæque si manduntur à pastoribus, si quodammodo soporantur: radix ante dicta similis, & major, atque candior; orbata & hæc caule — Porro & aliam tradunt esse mandragoram,

mandragoram, que morion etiam nominatur; nascitur is in opacis & juxta specus, foliis albi mandragoræ, at minoribus: pene dodrantibus, candidis, radicem ambientibus: quæ quidem tenera est candidaque, paulo major palmo, policemque crassitudine æquat. Ex his nemo non videt alia Theophrasti, aliam Dioscoridis esse mandragoram. Dioscoridis mandragoræ ἀνθρωπόμορφο, Pythagoras vocavit, quod radice hominis figuram representet. Eleganter in hortulo Columella.

*Quamvis semi hominis vesano gramine fata
Mandragoræ pariat flores, mactamque cicutam.*

Semi hominis dixit, quod mandragoræ radices ut plurimum à medio ad imum bifurcatæ nascantur, adeò ut crura hominum modo habere videantur. Quapropter si eo effodianter tempore, quo fructum ferunt, qui mali instar super folia ad terram procumbentia brevi pediculo appenius parum à radice distat, hominis brachii carentis effigiem referunt. Columellæ mentem non expressit antiquissimus interpres: negat (scilicet hortulos) ferre mandragoram, quæ naturam quandam cum hominibus mixtam habeat, cum mas sit & femina. Ad formam, non ad genera respexit Columella. Malè Albertus Magnus scribit, mandragoram sic hominis figuram præse ferre, ut sexus & aliorum accidentium differentias ostendat. Impostores & nebulones sunt, qui tales figuras in bryoniæ radicibus sculpunt. Vana & fabulosa Albertus tradidit: credunt mulierculæ, & certò affirmant, quod mandragoræ radices humanam effigiem representent. Ignarum vulgus fabulatur nasci mandragoræ radices (p̄sdiéven vocant) ex urina furum, quibus laqueo vita adempta; ac hinc persuasum habet eas haud quaquā effodi posse, nisi magno viræ discrimine, cane qui extrahat, radicibus adalligato, & auribus pice occlusis ac obturatis, ne radicis epulatum percipient fodientes, quod audito; planctu ac lamentatione pericitentur, intereantque. Hanc puer sèpius audivi fabellam. Nec radices humanam formam mentientes mandragoræ sunt, sed bryoniæ. Nebulones sunt, qui has, ut infœcundas mulierculas decipient, venales circumferant. Credunt quippe mandragoram fœcunditati prodesse, quippe sacra pagina docet, Patriarchæ Iacobi uxorem Rachaelem sterilem, pomo mandragoræ (ut vulgatus interpres haberet: nam utrum cucurbitam, an aliam plantam vox ἡλιος dudaim designet, non constat) redditam fœcundam. Scribit Doctissimus Langius Epist. lib. 2. Et Rachael venusta, sed sterilis Iacobi Patriarchæ uxor, quamvis fœcunditatem à Deo pecari obtinuerat, non tamen prius concipere potuit, quam poma mandragora à sorore Lya accepta gustasset, quorum fœcundas vires plerique Bononensem uxores, me consule, expertæ sunt. Ergo ex sententia Langii dudaim mandragora. Eadem quoque, ut idem observavit, infœcundis prodest; sed ex causa calida. Non imponunt ac fallunt tantum mulierculis nebulones isti, qui Bryoniæ radicem pro mandragora vendunt, sed in summum etiam viræ discrimen eas inducunt. Turbat enim valde & moveret bryoniæ radix, partus necat, mentem subturnbat. Cæterum in hunc fermè modum bryoniæ radicem sculpunt, ut figuram mentiatur humanam, & formastam virorū, quam mulierum. Cælant, dum adhuc virent, infixis hordei aut milii granis, iis in partibus ubi crines enasci volunt, post facta scobe tenui fabulo obruant, quousq; grana illa radices agant, ac germina emittant, id quod xx. ad summum peragit diebus. Tum eas eruunt, & ad natas è granis radices & germina, acutissimo cultello scindunt, aptantque ita, ut capillos, barbam, & cæteros corporis pilos referant. Mitto impostores. Mandragora antimalum dicitur, quod malo seu pomo adæquetur. Circææ nomen à Circe invenit: quoniam, ut ait Dioscorides, radix videtur ad venerem conducere. Fræmina θεαδανια vocatur, quod folia lactucam referant. Fructum, inquit, similem ovis sorbis, quomodo Oribasius & Serapio legerunt. Interpretem enim male mesphilum vertisse puto, cum sorbum dicere deberet. Malunt tamen alii ovis ovis, aut potius cum vetero codice legere, σῦν λεκύθιον, ovorum luteis. Nobis vulgata placet, quod ea maximorum viorum & experientiæ nitatur auctoritate. Marem νάελον, pro quo μάλον lego, vocari tradit, nomine imposito quod fatuitatem inducat & somnum. Unde mandragoram bibisse, doctè & eleganter ii dicuntur, qui velut a spide iecti, somniculosi, nimisque desides sunt, atque ita quodammodo adeo sensu destituti, ut excitari nequeant. Julianus Cæsar in epistola ad Calixenem. οὐ φέτη πολὺ πάντα μανδραγόραι συντελοῦσι; an non videtur mul-

tam hauiisse mandragoram? Sic & Demosthenes Philippi ca quarta. Αλλ' οὐδὲ ἀναρρήσας δυνάμεται, αλλὰ μανδραγόραι τιμοχοῖσι, ἢ τὸ φαρμακόν ἀλλο τιμέσι τιμέσιον; verum nec quisus excitari, sed consimiles hominibus videmur, qui mandragoram, aut id genus pharmacum aliud biberunt. Itidem qui dormitant in negotio, sub mandragora dormire dicuntur. Lucianus in Timone. Πῶς γὰρ τοῦτο τὸ μανδραγόρα τὸ θεραπόμορφο, δε ἐπει τὸν ἐπιορκώσατο ἀκριβεῖς, εἰπε τοὺς ἀδιστύνουσιν ἴπονοποιούς. quo, inquit, modo Iupiter, tanquam sub mandragora dormis, qui neque pejorantes audis, neque juris violatores advertis? Idem quoque Lucianus inter magnificas Demosthenis laudes, ab illo inquit solitos excitari Athenienses, velut ex mandragora dormientes. Ratio istorum est, quoniam fructus mandragoræ hypnoticus est, quo significatur somni conciliator. Ταῦτα μῆλα δισφεγγόμενα καὶ διειδέμενα πορευόμενα, poma & olfactu & cibo sunt soporifera. Plutarchus & vinum, quod ex vite cui mandragoras vicinus, somniferum scribit libr. de audiendis Poëtis. Οὐστε γὰρ οἱ μανδραγόραι ταῦτα αἰρετίοις τοῦτο φυσικόν τοι, Εἰ Διδύδης τὸν δισφεγγόν εἰς τὸν οἶνον, υπολαγχτεῖσα ποτε τὸν τοῦτο φρούριον τοῖς πίνοντος, quemadmodum autem mandragoras iuxta vites nascentes, sūmaque in vinum vim diffundens, efficit ut suavius dormiant, qui id biberint. Novit & hanc mandragoræ virtutem Hannibal. Non injuncta relatu historia est, quam tradit Julius Frontinus Stratagematon secundo. Hannibal, inquit, missus à Carthaginensibus adversus rebellantes Aphros, cum sciret gentem esse avidam vini, magnum ejus modum mandragora permisit, cuius inter venenum & soporem media vis est. Tunc prælio levi commisso, ex industria cessit: nocte deinde intempera, relictis intra castræ quibusdam sarcinis, & omni vino infecto, fugam simulavit: quumque Barbari occupatis castris, in gaudium effusi medicatum merum avidè hauiissent, ac in defunditorum modum strati jacerent, reversus cepit eos ac trucidavit. Plinius utriusque Dioscoridis & Theophrasti mandragoram miscit, ac eandem fecit libr. 25. cap. 13. Mandragoram alia Circeum vocant. Duo ejus genera; candidus qui & mas; niger quo famina existimatur, angustioribus foliis, quam latuæ, hirsutis & caulinis, radicibus binis ternisque rufulis, intus albis, carnosis, tenerisque, pene cubitalibus. Fert mala avellanarum nucum magnitudine, & in iis semen ceu pyrorum. Album, hoc alii arsen, alii moxion, alii hippophlomon vocant. Hujus folia alba, quam alterius latiora, ut lapathis sativæ. Carent effossuri contrarium ventum, & tribus circulis ante gladio circumscribunt: postea fodiunt ad occasum spectantes. — Odor gravis ejus (succi) sed radicis & mali gravior. Haec tenus Plinius. Hirsutus, inquit & caulinis. Neuter mandragoras à Dioscoride delineatus caulem habet; Theophrasti ferulaceum caulem habet; Ferulae caulis non est hirsutus, sed glaber. Nihil de hirsutie Theophrastus, nihil Dioscorides. Quod de caule scribit, id ex Theophrasto habet, quod de hirsutie, ex Dioscoridis verbis malè intellectis. Libertus legit, βεσμαδηνή βαριά καὶ τὸν δούλων, Plinius pro βαριᾳ, δυοια intellexit, & ad caulem, quem non habet, retulit. Sed non dissimulandum, in antiquo codice scriptum, & aequalibus. Alterius folia Dioscorides lœvia inquit, de aequalitate nihil. Lœvia quidè sunt, sed non aequalia; rugosa enim & crispa. Quam vellem scribere, foliis augustioribus quam latuæ, & hirsutis, fine caulinis, radice, &c. Vel, & hirsutis, ex caulinis, radice, &c. Sed quod sequitur omnem hanc conjecturam impedit. Succus fit ex malis & caule, deciso cacumine, &c. Radicibus binis ternisque ruffulis, &c. Antiquus codex, ut monet yenerandus Aquileiensis Patriarcha, habet, radicibus binis ternisque foliis. Scribe ex Dioscoride, radicibus binis ternisque nigris foris, intus albis, &c. Fert mala avellanarum nucum magnitudine. Hoc nec ex Dioscoride, nec Theophrasto sumpfit, nisi forte pro βαριᾳ, βεσμαδηνῃ legerit Anagnostes, vel libertum sic legeré existimaverit Plinius. Ex alio auctore hoc hauiisse puto. nisi hoc scriperit, quod sorbi & avellanæ fructus, non multum invicem cedant magnitudine. Sed hoc frumentum videtur. Sequitur, alii hippophlomon vocant. Hippophlomon; si non hippomoron ex antiquo codice scribendum, quod folia verbasci majori, albedinis gratia, similia sint. Hippomoron vero, quod insignem fatuitatem adserat. Latsora, inquit, quam lapathis sativæ. Dioscorides folia ait esse alba, magna, lata, lœvia, ceu betæ. Quod de colligendi modo sequitur, habet ex Theophrasti lib. & cap. 9. Mandragoræ mari folia sunt numerosa, non nihil rugosa, magna, longa, lata, lœvia, dilutè virentia, veluti beræ, sed majora, ampliora, humi strata. Crispa instar dipsaci, olida. Flosculi in gracilibus, & singularibus pendulis inter folia excent, herbaceo caudicantes colore, mali insani non dissimiles; mala inde rotunda, aurei luteive coloris,

ve coloris, reluentis lœvoris, soporifero odore, suaveolentia, in quibus semina modice plana, compressa, & ab una parte rumin instar sima, ex luteo alblicantia, aut cæsia. Radix prolixa, carnosa, candicans, aut in pallido subfuscâ, intus candida, crassâ cortice constans, ipsaque radix manum crassitudine implet, subinde bifida, aut trifida, implexa, crura bina, & clunes quasi disparata ostentans. Quam ad formam alludit non inscitè septentrionalis nomenclationis interpretatio, quæ mandragorâ quasi man & dragen, virigeram, sive hominigeram connotat. Quanquam fortasse malint alii nomen illud inditum, quod fœcundas reddat fœminas steriles. Fœminæ folia angustiora sunt, & minora, nigrioraque, per terram etiam sparsa: fructus pallidiores, minores, turbinati, sorbi aut pyri effigie, sed non minus odorati: radix prolixa quidem, sed minor, foris amplius nigricans, interius albida. Caret uterque caule, & folia ab ipsis promit radicibus; mature floret, Aprili si hyems clementior, & ver tepidius, alioquin Majo. Fructus Iulio, Augustoque maturus: adversus hyemis injurias munienda. Memorabile quod viri magni scribunt, quo intensius frigus internum futurum est, eo magis in terram sece abdere. Vidi mandragoram folia nova mensibus Octobri, Novembri, Decembri produxisse; observavi Octobri protulisse, sed hyemam admodum inclemtem fuisse bene memini: novi in Martio usq; mensem folia latuisse, cum mitis nec sœva fuisse hyems. Apud nos sponte non nascitur, ac quidem fatuus tantummodo reperitur, & fœmina quidem per quam rarissimè. In calidis regionibus sylvestribus & montosis gignitur, veluti in Gargano Apulia monte. Redeo ad Theophrastum; qui mandragoram caulem ferulaceum habere ait, & fructum *μαργάρη*; pro quo viri maximi *μαργάρη* ovatum frusta restituunt. Nec enim sic convenit Dioscoridi cum Theophrasto. Dioscorides mandragoram *ἄκανθαν* ait, Theophrastus caulem ferulæ instar ferre. Fructum Dioscorides vel ex pallido luteum, vel in croceum inclinantem ait, Theophrastus nigrum. *Μαργάρη* male vertunt racematum; *μαργάρης οὐνα*, in quo celantur vinacea dicta, etiam impropriè acini, id est, *μαργάρης*: *μαργάρη* vero est *οὐνα γρανίου*: id est *μαργάρης τεφυλής*. Verte ergo, peculiaris mandragoræ fructus: niger enim, & acino *οὐνα* similis, & succo vinofo. Quærerit urrum Dioscorides mandragoram Theophrasti norit. Botanici magni mandragoram tertium Dioescoridis, & Theophrasti eundem asserunt, ac quidem belladonam vulgo dictam mandragoram tertium dicunt. Evidem non negamus belladonam mandragoram Theophrasti esse, sed tertium Dioescoridis esse inficias imus. Mandragoras enim tertius, ut scribit Dioescorides, mandragoræ mari similia folia fert dodrantalia, humi jacentia, radicem ambientia. Quibus verbis demonstrat nec belladonam, nec mandragoram Theophrasti, tertium quem describit, esse. Belladona solano similia producit folia, neutiquam humi jacentia, nec radicem ambientia. Idem de mandragora Theophrasti dico. Caulem fert: quæ vero caulem producent, præcipue magnum qualis ferulae, ac sumnum radicis folia non habent, sed cauli adnectuntur, & ex caule prodeunt. Sed tertium illum mandragoram non vidit Dioescorides, & ex aliorū relatu describit: *τριγύριον* ē *τριγύριον*, ait, tradunt & alia esse mandragoram, &c. Accedit, ut supra dixi, quod ea quæ de tertio traduntur mandragora, Dioescoridis esse non videantur. Desiderantur enim in veteribus nonnullis codicibus, nec referuntur ab Oribasio, Plinioque; quare merito suspecta. Alii solani genus esse contendunt. Sed quod nam solani genus? Placet summi & nobiliss. viri Fabii Columnæ opinio, qui solanum maniacum primum Dioescoridis, & belladonam quam mandragoram Theophrasti esse dico, eandem ait esse plantam. Atqui unum tantum solani maniaci genus describit Dioescorides. Attende ad verba, & singula diligenter examina; duo solani maniaci genera descripta esse, mecum fateribus; Sed codex corruptus admodum; vulgo legitur. libr. 4. cap. 74. Στρέψασθαι δέ τοι πέρισσον, οὐ δὲ θρύον ἐπειδή εστιν. πειτε τὸ μέρος φύλλων τῷ θρόπῳ στοιχεῖσιν οὐδὲ μέτρον, μετρίζοντες τὸ τῆς αὐγῆς ηπίον. ηπίον ē παιδερώς πελεῖται. καυλεῖς δὲ ανίστονται τὸ τῆς φύλλων τοπερφύλλον, δίκαιον δὲ τὸ τῆς αὐγῆς, ηπίον τὸ τῆς παιδερώς καλεῖται. καυλοὶ δὲ ανίστονται τὸ τῆς φύλλων τοπερφύλλον, δίκαιον δὲ τὸ τῆς αὐγῆς πελεῖται. μετρίζοντες δὲ τὸ τῆς παιδερώς πελεῖται. τούτου δὲ φύλλων διαφέρει τὸ τῆς αὐγῆς πελεῖται. οὐδὲ τὸ τῆς παιδερώς πελεῖται. Solanum maniacum, aliqui persim, alii thryon appellavere, alterum quidem caules ab radice ingentes emittit decem, aut duodecim ulnae altitudinem habentes, florem nigrum, & post florem, fructum habet rotundum, nigrum, molle, ut uva. Radix subest, alba, crassa, cava, cubitalis. Gignitur in montibus, & vento expositis, & platanetis. vim habet. — Alterum vero, folium habet simile eruce, majus tamen; ad acanthi, quem pædereta vocant, accedens: caulem longitudine feret ulnae: caput in cumbens olivæ figura, sed hirsutius, ut platanî pilula, majus vero atque planius. Hujus radix. — Ita hunc locum emendavit nobilissimus Fabius Columna, ac quidem primum solanum scribit Belladonna, alterum vero quod vulgo Daturam vocant. De priori hoc loco, de posteriori cap. de solano. Laudo nobilissimi viri conatum, probo diligentiam; interea tanien, salvo meliori judicio, salva nobilissimi viri auctoritate, huic debeo quod Dioescoridis lectionem corruptam repererem, huic debeo quod Dioescoridis alterum solanum maniacum Theophrasti mandragoram

Mandragora.



dens folium. Caules vero à radice proceros emittit decem aut duodecim, ulnae altitudine adolescentes: caput in cacumine olivæ figura, at platani pilularum instar hirsutius, majus tamen illa atque crassis: florem nigrum, cui succedit fructus ramosus, rotundus, niger, denis aut duodenis constans acinis, corymbis hederæ similibus, & ceu uva mollibus. Radix sub-jacet candida, crassa, concava, & feret cubitalis. Nascitur in montos locis vento perlati, atque littoralibus petris, &c. Duas hic describi plantas extra omnem controversiam est. Fieri quippe nequit, ut eadē planta fructus platani similes, atq; spinis horridos promat, ac etiam simul acinos nigros, molles, ut uva. Hoc inquam impossibile, nisi infitione factum fuerit; quomodo pyromalum inseri novimus. Sed de iis quæ arte ac infitione fiunt, non agit Dioescorides. Præterea nec ullum solani genus ad infitionem aptum. His ita positis, omnino concedendum, aut corruptum admodum codicem, aut Dioescordem durarum plantarum historiam, more Pliniano, in unam miscuisse, ac omnia perturbasse. Alterutrum concedatur oportet; nobis mitior placet sententia. Corrigit Nobiliss. Fabius Columna. Στρέψασθαι δέ τοι πέρισσον, οὐ δὲ θρύον ἐπειδή εστιν (de nominibus hoc loco non ero follitus, vide cap. 12. lib. 9. ubi de solani generibus agit Theophrastus.) διὰ θρύον, σκάλεσιν. τὸ δέ καυλός αἰσχυντος δέσποτος τῆς φύλλων δίκαιον δὲ τὸ τῆς αὐγῆς φύλλων, μετρίζοντες τὸ τῆς παιδερώς πελεῖται. φύλλων τοπερφύλλον δίκαιον δὲ τὸ τῆς αὐγῆς, ηπίον δέ τὸ τῆς παιδερώς καλεῖται. καυλοὶ δὲ ανίστονται τὸ τῆς φύλλων τοπερφύλλον, δίκαιον δὲ τὸ τῆς αὐγῆς πελεῖται. μετρίζοντες δὲ τὸ τῆς παιδερώς πελεῖται. τούτου δὲ φύλλων διαφέρει τὸ τῆς αὐγῆς πελεῖται. οὐδὲ τὸ τῆς παιδερώς πελεῖται. Solanum maniacum, aliqui persim, alii thryon appellavere, alterum quidem caules ab radice ingentes emittit decem, aut duodecim ulnae altitudinem habentes, florem nigrum, & post florem, fructum habet rotundum, nigrum, molle, ut uva. Radix subest, alba, crassa, cava, cubitalis. Gignitur in montibus, & vento expositis, & platanetis. vim habet. — Alterum vero, folium habet simile eruce, majus tamen; ad acanthi, quem pædereta vocant, accedens: caulem longitudine feret ulnae: caput in cumbens olivæ figura, sed hirsutius, ut platanî pilula, majus vero atque planius. Hujus radix. — Ita hunc locum emendavit nobilissimus Fabius Columna, ac quidem primum solanum scribit Belladonna, alterum vero quod vulgo Daturam vocant. De priori hoc loco, de posteriori cap. de solano. Laudo nobilissimi viri conatum, probo diligentiam; interea tanien, salvo meliori judicio, salva nobilissimi viri auctoritate, huic debeo quod Dioescoridis lectionem corruptam repererem, huic debeo quod Dioescoridis alterum solanum maniacum Theophrasti man-

dragoram judicarim, huic gratias ago, quod, divina fave nitate, solanum alterum Dioscoridis, mandragoram Theophrasti agnoverim. Ignoscat vir summus si paulo aliter legam. Scribe, Στεργίον μανιάγριον πέπλητον, ἐτὸν ἔργον τεχνίτης, τούτου τὸ μέρον φύλλον τὸ πέπλητον ἐπιστρέψας, μετὰ δὲ τὸ τῆς αἰχμής, ὅπερι πανδερας καλεῖται, καυλὸν δὲ ανίστη δότο τοῖς φύλλοις σέκα ἢ βέβηλος ὑψηλός τοῦ πεφαλίου ἵππεινεπέλαιον, διαστίζει δὲ εἰς πλάτανον σφερικόν, μείζονα δὲ τὸ τριγχυτέρον· ρίζα δὲ ἡπάτη λασική, παχεῖσα, καὶ πλήρης, μετὰ τὴν οὐρανούς, τὸ πέπλητον, τὸ πλαταπέστιον. Εἰσὶ δὲ τοῦ ἔργου ὃ μὲν καυλὸν ανίστη πολλοῖς φύλλοις ὀπίμον, μετὰ δὲ, ἐνθέτομέν τοις, μετὰ δὲ τοῦτο παρπόντον ἔχει ἐμποδόν τροχούλον μελανατόν, κιστόν, καὶ διάχυτόν ἐστι τεφυλόν· Id est; Solanum maniacum nonnulli peritton, aliis thronon vocant: huic folium eructum proximum, majus autem, & ad acanthi, quem pederota vocant, folium accedens. Caulem emittit à radice longitudine decem aut duodecim (in numero erratum puto) ulnarum, caput incumbens olivae figura, sed hirsutius, ut platani pilula, majus tamen & asperius. Radix subest candida, crassa, concava, fere cubitalis. Gignitur in montibus & vento expositis locis & platanetis. Est & alterum solani maniaci genus, quod radices emittit plures. Folium huic ocyti, sed majus. Florem habet nigrum, & post florē fructū acino uvæ similem, rotundum instar bederæ: sed instar uvæ mollem. Hanc lectionem magis probo, partim quod proprius ad vulgarēm accedit lectionem, partim quod ipsarum plantarum delineationes verius tradat. De priori lib. 9. agā, ubi probabo ita nominatum fuisse solanū ab antiquis, & rationes addam: de secundo solano hoc capite agam. Addidi, φύλλον αἰγικόν, μετὰ δὲ, ex Plinio, qui lib. 21. cap. 31. Tertio foliis sunt ocyti, minime diligenter demonstranda, remedia, non venena tractanti, &c. Ταχίδην pro ἑρακάδας: ἥιδε ex Theophrasto reposui: voces βορεώδεις, & ιωνύδεις delevi, quod belladonna nec racemosum ferat fructū, nec corymbis hederæ similem. Cæterum, si cui haec non arribent lectio, ingenue fatemur nulla munitam esse auctoritatem. Belladonna dicitur quod imaginationes non injundas efficiat, vel, ut honestè satis Plinius, quod lusum generet lib. 21. cap. 31. Quamquam Græci auctores in jocum vertente: drachmæ enim pondere lusum pudoris gignere dixerunt, species vanas imaginesque conspicuas observari demonstrantes. Eleganter Diſcorides, Δύναμιν δὲ ἔχει ἡ μίζα πιονιάν μετ' οἷον τοῦ πλανητοῦ φυγαδίας δύναται τοῦ ανδεῖος. Δοξά τοῦ ποδοτοῦ ἐξερευνοῦσαν τοῦν μητρῷ, δὲ ποδοτοῦ, & αὐτοῦ. Vis e radici, ut drachmæ unitus pondere pota ex vino vanas species & imagines haud injundas menti repræsentet: duplicatus autem hic modus ad triduum usque insaniam, seu mentis alienationem faciat, & quadruplicatus, mortem etiam repræsentet. Vide cap. 12. lib. 9. historiarum, ubi de maniaco solano agit Theophrastus, ac alteri generi hanc facultatem adscribit: sed nihil impedit utrumque eadem facultate præditum. Belladonna sive solano alteri maniaco, Theophrasti mandragoræ caules ex radice emittit plures, eadē fermè altitudine assurgentēs, bicubitalēs, tricubitalēs & altiores, rotundos, rectos, mediocris crassitudinis, ramosos, alis concavos, colore & subrubro nigricantes. Folia caules circumvestiunt oblonga, lata, molia, & nonnihil lanuginosa, & viridi ad nigredinem vergentia, majora, latioraque quam solani. Flores & foliorum alias, oblongi, lutei, digitali dictæ æmulī, sed paulo majorēs, prolixo pediculo & campanulæ instar concavi, colore ex obscuriore purpura nigricantes, aspectu mœsti & obsoleti, capillaceis intus staminibus. Floribus flacces-

Belladonna.



centibus. Baccæ unica è singulorum cavo suboritur, & suo pediculo dependens, dissecto brevique calyculo superiore parte comprehensa, acino uvæ simillima, splendide nigricans, pellucida, succo vinoso, magnitudine fere mediocris cerasi, exiguo semine gravida. Radicem fundit longam, magnam, inalbicantem, diurnam ac vivacem, succi plenam, in propagines plures distributam. Adeo vivax est & importuna, ut semel in hortis ascita, vix exigi delerique queat; immo vel tantillo frustillo relictō, aut infoso repullulet. Floret Iunio Julioque, baccæ Augusto maturæ sunt. Circa sylvas, juxta parietes, sepimentaque agrorum, aliisque perinde parum cultis ac desertis reperitur locis, umbrosa amat. Baccæ commestæ in sumnum vitæ periculum hominem conjiciunt. & plerumque mortem tenellis adferunt; quod multis experimentis & exemplis constat. Non referam ab aliis observata: Adolescentuli duo Lugduni Batavorum in horto medico, quando ei præcesset Clariss. Petrus Pavius Medicinæ Professor in eadem Academia primarius, Anatomicus & Botanicus summus, ex imprudentia baccas duas tres, opinantes ribesios esse nigros, devorarunt, ac altero quidem die alter obiit, altero admodum periculosè laborante, qui evasit. Plura, aliaque exempla referunt Adversariorum auctores, nobis unum memorasse sufficit.

ΚΕΦ. Γ.

De laserpitio, magydari, quidque differant inter se. Item de nepa, corruda, sive asparago, & que acanacea sint. De herba lanaria, sonco, cneco, acarna, spina candida, aeraria, aculeosa, fusō agresti, buxo asinino, carduo, pinea, vernilagine.

σιλφία Ga. ΨΠέρος Ἰατρίου δὲ λεκτίον. τὸ δὲ σιλφίον ἔχει ρίζα. ζαν μέρον πολλαῖς καὶ παχεῖαις, τὸν δὲ καυλὸν, ηλίσιον. Bas. σιλφία λεκτίον. Κανθάρης. Χεδὸν δὲ καὶ τῷ πάχει τὸ πέπλητον. τὸ δὲ φύλλον ὃ καλέστι μάστερν, ὄμοιον τῷ σελίνῳ. μεριμνα τοῦ πεπλητοῦ καὶ πατατοῦ, τὸ φυλλῶδες, οἷον τὸ λεγόμενον φύλλον. ἐπιτεικναυλὸν δὲ εἶν, ὡστερὸν νειρόδημον. ἄμφα μέρη τῷ δὲ τῷ μάστερν τῷ πάτατον αἴριστον. ὃ καταγράπτεται καὶ παχύνεται φόδερος, ἐπὶ τῷ κρέας γαματεῖ.

D E laserpitio nunc indicandum est. Laserpitio radix multa, crassaque, caulis quantus ferulae, & crassitudine fere proximus. Folium quod maspetum vocant, apio simile est: semen latum, foliaceum, scilicet quod folium appellatur: caulis annuus, sicut ferulae. Ergo vere ineunte maspetum hoc exit, & pecus eo purgatur, pinguiscitque vehementer, & carnes mirabilem in modum suaves redduntur. Posthac caulem edit hominum

Tuū dī ἄκανθες. Non solum hic error Theodori, qui non diviserit capite novo: sed etiam Theophrasti, qui cum spinosarum narrationem instituisset, intermisit ut hic reperiret. Divisionis autem partes cum tres sint: ἀκανθαῖς οὖτοι, φύλλαις, οὐχ οὔτης οὐδὲ φύλλοι, Theodorus non expressit. Primum membrum est, spinarum: neque enim aut folium habet, aut folii figuram, sed spinea. Alterum folio spinoso: ut εἰς foliis figura sit, εἰς spinea simul. Theodorus, Plinii sequitur, pessimū dixit, spinosum foliatum. Nam tertium membrum divisionis tale est. Sed diceret, spinofoliatum: aut melius, foliospinatum. Illud non præteribit acutius judicium. οὐδὲ τὸν ἄκανθην φύλλον ιχνός. Melius οὐδὲ φύλλον ἄκανθην ιχνόν. Prior enim ac potior natura est folii, quam spinae. Nulla enim planta habet folium prospina, sed quadam spina pro folio. Præter hanc, quarta natura est, τὸν ἄκανθην φύλλον, ut tribulis. Et in genere Cinarae non absimilis.

Ασπάραγος. Theodorus. Corrudam. sic silvestrem.
Ἐν τῷ σπορούσει τῷ ιστεδύντι τῷ πέπλῳ τῷ ἀσπάραγος τὸν αἰγαρόδην.

Lege τῷ ιστεδύντι τῷ πέπλῳ τῷ ἀσπάραγος.
Μονόφυλλος, εἰς βαθύτερης, εἰς βαθύτερης. Quomodo possit esse radice brevis, eadem profunda? Itaque Theodorus omisit, βαθύτερης. Legit igitur οὐδέποτε. Asparagus contra. πολλώρητος, βαθύτερης, επολλόρητος.

Οὐ γὰρ ἱστεοκαλόν ίσι. Neceſſe habuit dicere hæc: quia νῦν μόνον εἰς τέτον, qui scilicet vere exit: sed etiam εἰς τὸν αὐτόν, scilicet quis ante ver extabant. Neque enim caulis via annuo termino finitur. Itaque corrigo in codice Theodori, Nec annuo constat caule: Vbi erat, hæc εἰδεῖς: ενī: ut ratio reddatur. In nostris tamen horis Asparagus, εἰς in agris Corruda caulem amittit.

Δίξων δὲ ἀκανθαῖς, ὅπερ τὸ κύμα, καὶ τὸ φύλλον, καὶ τὸ φύλλον, καὶ τὸ φύλλον. Theophrastus, genus φύλλους ἀγαρόδην. Propterea quod pars turgens in flore, εἰς in fructum, est α-

γαρόδης, aut ἀγαρόδης. Theodorus legit, ἀγαρόδης, εἰς αγαρόδης. Ergo etiam supra leget ἀγαρόδης, NON αγαρόδης: idque male. Sunt igitur τὰ φύλλαντα τὰ τρία αἰγαρόδη. quoniam τὰ κύματα, εἰς sedes floris, at fructus ita sunt. Quid autem sit ἄγαρόδη, apud alios non inveni: neque ex Plinio quicquam memini. Videtur significare conceptaculum illud capitatum, quod existat in Eryngio, εἰς Scolymis, εἰς generi universo Chameleontum, Cartamaccorum, εἰς αἴραντοιδην. εἰς ejusmodi. Sic etiam leges mox, καὶ τοὺς ἀγαρόδην, non ἀγαρόδην.

Σκόλυμος. Theodorus, carduus. non male. Verum carduus, aut est nomen generis, aut speciei: ejus scilicet, quod appellant Labrum Veneris. Scolymus autem est, Cinara. Dum generum, agrestis, εἰς mitis. Qui dividere, ut essent diversa Scolymus, εἰς Cinara, suo iā fecere arbitratu. Atheneus tamen Cinaram carduum à Romanis dictam scribit. Ηλιοτεμνία. Theodorus, Beta sylvestris. Betam sylvestrem Latini Limonion vocant. Verum ea non est aculeata. Scolymum etiam Limonium appellatam cum trādant, non posuit tanquam diversum genus digerit, sed ita legendum est. οὐδὲν μόνον, καὶ λεμνάνια.

Tois τοιούτοις ὕστεροι. Theodorus legit θύμον. recte. Sic est infra in historia de Croco.

Διαφορά ἡ τῶν ἡ ακανθῶν σύντομη. Multae sunt partes. Βαθύτερης, καυλός, εἴη. σπιρρεῖς, ακανθή. Itaque differentias cum dixit: floris in Scolymo: βλαστῶν in tetralice: caulin in cneco: seminis in eodem: acani, ubi dicebat, Αλφορέος εἰς ίχνην τοῦ ιαντροῦ. Quare non putavit hic, ακανθῶν legendum Theodorus, sed αἰγαρόδην. Nusquam tamen memini multas esse αἰγαρόδης differentias, sed unam tantum speciem. Neque αἰγαρόδης reponendum. Est enim una ex partibus spina, sicut βλαστός εἰς cetera, quæ supra decebamus. Et sane spina differentia quam plurimæ sunt: neque enim secundum, aut locum, aut situm, aut figuram, aut substantiam, aut quantitatem, aut ordinem, aut officia inter eas convenit. Delebis οὐδέν.

ΙΟΑΝΝΙΣ ΒΟΔΑΙ Α ΣΤΑΡΕΛ ΝΟΤÆ ΕΤ ΚΟΜΜΕΝΤΑΙΟΣ.

Tοῦ σίλφιον, &c.] Diligentissime Theophrastus noster describit Laserpitium, idque duabus de causis; quod rara admódum, & pretiosa sit planta. Succum enim, ut Plinius tradit, libr. 19. cap. 3. multi pretii emittit. Quo minus omnitudine videtur, C. Valerio, M. Herennio Coss. Cyrenis adiecta Roman publicè Laserpitii pondo 30. Cæsarem vero Dictatorem initio belli cruxis, inter aurum argentumque protulisse ex cruxi laserpitii pondo cxi. De hoc Laserpitio nobis nunc agendum, ac primum de nomine. An τὸ σίλφιον dictum, quod, sicut verno tempore insectum silpha senectam deponit, novamque cutem recuperat, nova folia promit? An vero quod folia splendeant instar culicis, cuius genus est silpha? Meminit hujus insecti Aristoteles lib. 8. cap. 23. problem. 191. Τὸν εἰδότα τὸ σίλφιον καὶ τὸν σίλφεα σκινέντα τὸ φύλλον, οὐσιαν αἰδηνην. οὐσιαν σίλφιον, καὶ σίλφεα, καὶ τὸν σίλφεα, οὐσιαν σίλφην. Eodem modo ex insectorum genere exiunt senectutem, quæ exuere consuevere, ut silpha εἰς aspis, εἰς quibus alæ in vaginis sunt, qualis est scarabeus. Inter culices silphæ mentionem facit Lucianus in Somnio. τὸ σίλφιον, καὶ τὸν σίλφεα, εἰδη αἱρεσιοῦσι. Vel silphi nomen acceptum in memoriam imbris picosæ, tristis ac crassis. Plinius loco citato, Id apud antiquos Graecie evidentissimos invenimus natum imbre piceo repente maledicta tellure, εἰς. Vide cap. 2. lib. 3. & cap. 5. lib. 1. de causis. An, inquam, in memoriam hujus imbris, quæ planè terribilis extitit, ac quasi funesta, plantæ huic nomen silphi impositum? Hesychius σίλφιον ἔπειρον, οὐ γενερον. Ego Barbarum vocabulū puto, factumque ex σίλφιον quod exoticum est, ut κρητικός, πικρός; quæ Græci retinuerunt, aut modicum inflexerunt. Barbarum vocabulum esse, docuit Clarissimus Gerardus Io. Vossius. Ex cuius Etymologico magno, nondū edito, hæc excerpti. *Sirpe vel syrpe (sed prius malum)* est à Graeco σίλφιον, vel σίλφιον, quod idem notat. Σίλφιο forte à τῷ Saraph: id Arabicè, nobilem esse. Nempe ob ejus virgultis præstantiā. Nisi non tam attendere virgulū, quam succum, ut sit ab Arabicō σαραφ, sorbere. Hactenus Vossius. Succum in summo pretio ac honore fuisse veteres, omnes tradunt, quare postremum etymon magis arridet. Sed omnes hujus plantæ partes magno pretio fuisse. Vetus Scholiafest Aristophanis de silphio, εἰ τὸ φύλλον σίλφιον, εἰ ἄκανθα, εἰ ὁ καρπός, εἰ ὁ ὄπος, εἰ ἀνθάδης τὸ πέπλον τὸν ἀνθόντος πέπλον εἰ. Et folium εἰς fructus, εἰ caulis, εἰ succus, verbo ut dicam, omnes partes magno in honore sunt. Et hæc primum etymon probant: sed, ut dixi, succus cæteris præfatab. Dioscorides loco citato. πραγματικῆς δὲ 191 οἱ οἶποι, εἰς τὸ φύλλα, εἰς τὸ καρπόν, efficacissimus est liquor, mox fructus, postremo caulis. Ex τῷ ergo σίλφιον σίλφιον fe-

cerunt. σίλφιον etiam & σιλφιόν dicitur. Hesychius σίλφιον, σιλφιόν. Ex σίλφιον, Latinorum sirpe manavit. Plautus,

— Teque oro, εἰς quaso, si speras tibi
Hoc anno multum futurum sirpe, εἰς Laserpitium:

Ubi sirpe totus frutex cum radice, laserpitium succus dicitur. Cæterum τὸ σίλφιον aliquando pro integra planta sumitur, quandoque pro radice tantum. Pro integra plantâ in initio hujus capitinis, ut & lib. 1. cap. II. τὸ σίλφιον, καὶ τὸ καρπόν, καὶ τὸ φύλλον. Dioscorides lib. 3. cap. 94. σίλφιον γανάτης, &c. Propriæ tamen τὸ σίλφιον est radix plantæ Galenus in Lexico, ἵππος τοῖς πίσιον σίλφιον οἵδησις διόρειζεται. radix herba silphium propriè vocatur. Idem eodem loco, δοτὸς καρπὸς σίλφιον, καὶ τὸ φύλλον σίλφιον. Aristophanis Scholiafest σίλφιον εἰς καρπόν πίσιον οἵδησις οὐδὲ διοῖσιν γενομένην τὸ θερμοτοπικόν. Silphium radix in Libya nata ad usum mensarium, & medelas. Columella libr. 6. cap. 17. Et radix quam Graeci σίλφιον vocant, vulgus autem nostra consuetudine laserpitium appellat. Propriæ tamen, ut suo loco dicam, laserpitium succus. & aliquando τὸ σίλφιον caulem plantæ vocant. Dioscorides loco citato, οἵδησις τὸ καρπὸν σίλφιον εὐαίσθαι. Sed de hac quæstione infra. Non raro, ut dixi, pro tota ponitur planta. Satis aperiò hoc docet Galenus, Comment. 95. libr. 4. de morbis acutis. τὸ φύλλον σίλφιον καρπὸν τὸν οὐδέποτε οὐσιαν οἴδησις διοῖσιν τὸ βοτάνην. Silphion radicum agnivocè homines cum tota herba vocare conjuerunt. Columella lib. 12. cap. 7. Et paucas radiculos laseris, quod Græci silphion vocant, &c. Eodem libr. cap. 57. laseris radicum, quod silphion Græci vocant. Recentiores quoque Græci, Laser, λάσφιον, vocarunt, & pro tota planta usurparunt, cum laser & τὸ λάσφιον, ut post dicam, aliis significet succum ipsum Pelagon. Hippiatric. lib. 1. cap. 22. λάσφιον καρπὸν οἴδησις λασφονιον, νοσογονιον, τὸν λασφονιον πίσην, ὡς καρπὸν μιχητὸς. sanguinē ex cruris. accipe, & lasari radicē quasi magnitudine fabæ. Apud Myrepnum lect. de Zulapiis ca. 26. λάσφιον legitur. αἱροτοιον λάσφιον καρπὸν καὶ λασφονιον εἰ λασφονιος. Ad hunc loci Doctissimus Interpres, Que vero herbarū genera in vocibus intelligat, scire nequeo. Sunt enim, ut omnib. apparet, voces corruptæ. Depravatum codicē Myrepnum fateor; at quomodo restituēdus sit, satis non video. Scribe, vel meo periculo, αἱροτοιον λάσφιον, καρπὸν, λασφονιον, τὸ λασφονιον, vel λασφονιον: sed λασφονιον apud Orneosophæ auctoreum legitur: semper vivi accipe cornam, portulacea, coriandri viridis, & laseris. Zulapium prescribit adversus ferores,

vores, inflammations totius corporis, & erysipelata, &c. Refrigerat semper vivum; idem faciunt portulaca, coriandrum. Laser vero non refrigerat, sed ad discussionem, ac ne nimium repellatur humor additum fortassis. Χορεγέσιος portulacum esse libr. 7. docetur. Laser autem proprie est succus, non ipsa planta. Alii filiphii plantam, καυλὸν vocant. Pollux lib. 7. οὐδὲ μέτα σιλφιον, τὸ δὲ φύλον καυλός. Radix silphium vocatur, planta caulis. Veteres quoque conjici καυλὸν vocarunt. Alexis οὐ λίσπη.

— Νάπον, καυλὸν, σιλφιον.

Τὸ σιλφιον, radix. καυλὸν vero τὸ φυτόν, id est caulis, quæ ex radice exit. Frustra ergo viri magni corrigit νάπον, καυλὸν σιλφιον. Ebulus in Glauco.

— Καὶ καυλὸν ὡς Καρχηδόνα. Καὶ σιλφιον, θύμον πετῶν Τυμητίων.

— Caulem Carthaginensem
Et silphium, thymumque Hymettium.

Antiphanes εἰς δυτίεσσαν, de Cyrenaica regione, cui vale dicebat ille, quisquis apud eum sic loquitur.

— Εἴρωθε λέγων
Απαντῶν ἵπποις, σιλφιώ, συνωχήσοις.
Κέλησι, καυλῷ, μασπέτοις, πυρετοῖς, ὄποις.

Quibus verbis, non ut cæteri, καυλὸν pro tota ponit planta, sed pro thyrso. Distinguit enim καυλὸν μασπέτον, σιλφιον, ὄπον. Idem quoque fecit Theophrastus, uti ex iis quæ dicentur palam fieri. Eadem divini sensis sententia lib. de ratione victus in morbis acutis. ή σιλφιον. ή ὄπον. ή καυλὸς.

Τίς τὸ τολόν; &c.] Radicem non describit Dioscorides. Plinius tradit, radicem multam crassamque habere. lib. 19. cap. 3. Cæterum neutiquam reticendum, duas opiniones sequi Theophrastum, & ex variorum relatu hanc historiam contexuisse.

Τὸς, ή καυλὸν, &c.] Ferulaceum dat caulem silphio; idem facit Dioscorides lib. 3. cap. 94. Σιλφιον γεννᾶται εἰς τὸ Συρίαν, ή Αρμενίαν, ή Μιδίαν τόποις, ή Διεύλων. οὐ ικανὸς μασπέτον καλεῖται, μεφίσει ταῦται. Silphium seu laserpitium circa Syriam, Armeniam, Medicam & Lybiām nascitur. Hujus caulis ferulaceus maspetum appellatur. Theophrastus folium sic vocari tradit; sed de hac quæstione, ubi de folio erit sermo. Plinius, Caule ferulaceo, haud simili crassitudine. Dioscorides & Theophrastus simili faciunt ferulae. Recte nam revera similis est, Malè ergo Plinius, haud simili crassitudine, dixit. Sed librarii hic error, non Plinius, qui eum haud dissimili, vel absimili scribere deberet, scripsit, haud similis.

Φύλον.] Id est apio, non vulgari sive aquatico, cui in officinis ναρ' ιζοχλω̄ apii nomen, sed quod vulgo petroselinum perperam vocant. Dioscorides, φύλα αἱ ιχεὶς οὐληρόμοις. Folia habet apio similia. Idem Plinius, hujus folia a apio maximè similia.

Μάσπετον &c.] Plinius loco citato, Hujus folia maspetum vocabant, apio maximè similia. Eadem Pollucis sententia. ή οὐτε σιλφιον, τὸ δὲ φυτὸν καυλὸς, τὸ δὲ φύλον μασπέτον. Dioscorides caulem sic vocari docet, οὐ οὐκοῦν μασπέτον καλεῖται. Idem tamen foliū sic dictum, eodem capite docet. Εἰον δὲ τὸν καυλὸν σιλφιον εἰπαλεῖσαν, τὸ δὲ φύλον μασπέτον, τὸ δὲ φύλον μασπέτον. Sunt vero qui caulem silphium, radicem magydarim, & folia maspetia vocaverint. Supra dixi ipsam radicem silphion vocari, contra caulem, ipsamque plantum καυλὸν. Pollux, ή οὐτε σιλφιον, τὸ δὲ φυτὸν καυλὸς. Columella libr. 6. Radix quam Graci σιλφιον vocant. Vide que supra dixi. Hæc satis ostendunt, ipsos veteres non satis in nominibus silphii convenisse. Hesychius maspetum caulis succum vocari ait, ut & prima folia μασπέτον τὸ τοποθετηται σιλφioν, η τὸ τοποθετηται καυλὸν. Sed quænam illa prima folia silphii, quæ Grammaticus maspetia vocari tradit? Nobiliss. Salmasius corruptum codicem scribit, & corrigit; Μάσπετη τὰ βραχεῖα σιλφioν πέπλα. οὐ δι τὸ σιλφioν οὐ σιλφioν. Maspetia, edulia laserpitii folia, non nulli caulem sic vocant. Interpretatio est, atque invenimus Grammaticalis vocis μασπέτον, quam δὲ τὸ μασπέτον & μασπέτον deducit, quasi edule foret folium. Vulgaram lectio nem servavit Phavorinus, qui plura ex Hesychio exscriptis; Unde antiquum mendum esse colligo. Fortassis priora folia sic vocata tempore Hesychii, Edulia nusquam legi nisi forte apud Solinum qui capite 31. Aslysta laserpium, hoc aluntur, hoc illis edule est. Cæterum ex dictis concludo, antiquos Græcos Theophrastum, Aristotelem, Hippocratem folium silphii maspetum, vocasse;

mediae vero ætatis auctores, Dioscoridem, Galenum, cæteros cauli nomen illud dedisse; at Barbaros Græcos suum sic vocasse. An itaque scriptis Grammaticus μασπέτον, καυλόν τὸ σιλφioν πέπλα, ναὶ η τὸ σιλφioν πέπλα.

Σπίγα ήταν, &c.] Dioscorides loco citato, σπίρα πατανή. semen latum. Addit Oribasius, φυλάδις διαλέγεται μασπέτον, foliaceum, quod vocatur magydaris. Illud φυλάδις agnoscit Theophrastus, probat Plinius. Semen, inquit, erat foliaceum. Magydarim vocari neuter tradit. Sed de hac voce infra.

Olor τὸ λιγνόδρυον φύλλον, &c. Sic vocatum semen silphii extra controversiam est; sic scripsisse Theophrastum nemō facile concedet. Vulgarā lectio hunc habet sensum, semen silphii foliaceum esse, quale est quod propriè vocatur folium. Verba, οἷον τὸ λιγνόδρυον, non agnoscit Plinius, qui verbatim Theophrastum sequitur. An scribendū οἶον τὸ λιγνόδρυον φύλλον. Οὐ quod solum vocetur folium. Folia fert silphium, quæ maspetia dicuntur; at semen ejus, quod foliaceum Theophrastus, Plinius, Dioscorides scribunt, absolute φύλλον appellatur. Melior lectio, σπίρα πατανή, φύλλον τὸ λιγνόδρυον φύλλον, semen latum, foliaceum, quod vocatur phyllum. Præstat, inquit viri magni; hæc verba οἶον τὸ λιγνόδρυον φύλλον expungere, quæ nec Plinius in suo codice reperit, nec Dioscorides. Addita textui videntur, & è margine aextexta, quæ ibi lector aliquis noraverat, ex posteriore descriptione, ubi τὸ λιγνόδρυον φύλλον φύλλον semen est. Hanc probarem opinionem, nisi constaret & ipsum Hippocratem semen silphii φύλλον folium κατ ιζοχλω̄ vocasse, quare φύλλον τὸ λιγνόδρυον φύλλον lego.

Φύλλον.] Vox hæc plures apud Botanicos habet significaciones. Neminus fugit, φύλλον vocari plantarū folium, pars plantæ humore & carne constans, tegumenti fructum, nutritionis animalium, & medicationis causa procreatum. Φύλλον etiam vocatur olus viride, aut herba viridis condimentis idonea, quæ auctuarii loco olera ementibus adjici solet. Φύλλον τὰ κηπάδην οὐκ βοτανῶν χρωστὶ ιδεῖσθαι. φύλλα ιδίουματα κηπάδην. & τοῖς αἰνεῖσι τὰ λαχαναρά συστηθεῖσαν, οἷον κρείσινον, ιδίοσινον, πήρανον, σιλινον. Id est, Phylla, hortensia, herbacea viridia odoramenta. Phylla odoramenta hortensia, que ementibus olera addunt, ut coriandrum, menta, ruta, apium. Sic φύλλον planta est, quæ à Dioscorid. libr. 3. cap. 140. describitur, & à Theophrasto lib. 9. cap. 19. Folium præterea est aromaticum, cuius mentionem facit Dioscorides lib. 2. cap. 18. Αποτητον εὐθυνούμενον τοῖς διογόνοις αὐτοῖς ταρδοστέκνον, η φύλλον η φύλλα ιδιαστὴν βροχήν, ac interdum quo jucundus ori sapiat, spica nardi, aut folii, aut malabathri momentum immiscetur. An malabathrum & φύλλον aromaticum res eadem sit, suo loco & tempore examinabo. Κατ ιζοχλω̄, per excellentiam τὸ φύλλον dicitur Silphii semen. Galenus in Glosis modo citatis. Φύλλον τὸ σιλφioν σπίρα πατανή τὸ πλατύ εἶναι, εἰ τὸ διπλόν παρακεῖται. τεττῆσις η έ αὐτοῖς εἰ τὸ λιγνόδρυον πατανή ή Λιβύης, ποτὲ η Αιδηοπίδην. Phyllum silphii semen, eo quod latum est, in secundo de morbis mulierum; addit autem η ipse in oratione, aliquando η Libycum, aliquando η Αιδηοπίδην. Non tantum φύλλον vocari tradit silphii semen, sed unde nomen hoc impositum addit. Alii semen non φύλλον, sed μασπέτον vocant, ut ex Oribasio constat, qui ad verba Dioscoridis τὸ σπίρα πατανή addit, φύλλα ιδιαστὴν μασπέτον. Utrum hæc Oribassi additamentum, an Dioscorides sic scripsiterit, non satis constat. Pollux semen magudarim vocari auctor est lib. 6. cap. 10. Sed corruptus codex: vulgo legitur, Τοῦ μὲν τοι σιλφioν τὸ μασπέτον καλεῖται πανδαρης, η δι τοῦ σιλφioν, τὸ δὲ φυτόν καυλός, τὸ δὲ φύλλον διατητηριον, η τεττερον δὲ τὸ ιδίουματα ιουκέ σιλφioν, η τοισι δρυμόν, σιλαντηριον μασπέτον. Scribe, Τοῦ μέρη τοι σιλφioν, τὸ δὲ σπίρα πατανή μασπέτον, η τοῦ σιλφioν, τὸ δὲ φυτόν καυλός, τὸ δὲ φύλλον μασπέτον, η τοισι δι ιδίουματα σιλφioν, η τοισι δι σιλαντηριον μασπέτον. Silphii semen magydaris vocatur, radix silphium, folium maspetum. Est η aliud condimenti genus simile silphio, minus aere, quod magydarin vocant. Hesychius ipsum liquorem sic appellari tradit. μασπέτον η τοι σιλφioν η δεξιμόνιον μασπέτον. Magydaris silphii succus, alii alterum silphii genus esse tradunt rarius. De magydaris infra agendum.

Αμφὶ μοι τὸ ιζοχλω̄, &c. Hunc locum sic reddidit Plinius. Semen erat foliaceum, folium ipsum vere deciduum. Hæc corrupta, vel ineptissima sunt. Alibi abunde docuimus τὸ ιζοχλω̄ semper poni à Theophrasto, Dioscoride aliisq; Botanicis pro edo, emitto, profero. Theophrastus lib. 8. cap. 3. Αιδηοπίδην οὐ τὸ ιζοχλω̄ καυλόδειον η τοι μέρη κατατεύονται. eaulem ε medio emittunt. Vide capite secundo libro quartto. Insuper Plinius hæc lectio cunctarum fermè plantarum, non tamen omnium naturæ repugnat, folia quippe vel autumno, vel post autumnū amittunt. Theophrastus lib. I.

libr. I. cap. 15. Φύλακοι δὲ πάντα τὰ μεταπέρατα, οὐδὲ τὸ μεταπέρατον τῷ λακτίῳ, τῷ δὲ γάλακτι, τῷ δὲ βοεὶδί. Dux ferè omnium plantarum naturæ adversari Plinii sententiæ. Quædam enim folia vere amittunt, ut crocus; qui autumno sub ipso solstitio, vel paulo post floret, statim à flore folia primit, vere perdit, aestate nusquam conspicitur. Ut unde digressus sum revertor, Plinii codicem corruptum puto. Antiquus codex habet, *folium ipsum deciduum, vere renascitur.* Vox posterior negligenter librariorum, deperdita.

Οὐρανοῖς, &c.] Plinius loco citato, *Vesci pecora solita, primoque purgari, mox pinguescere, carne mirabilem in modum jucunda. Post folia amissa, caule ipso & homines vescabantur, decocto, asso, elixoque: eorum quoque corpora 40. diebus purgante à vitiis omnibus. Post, inquit, folia amissa. Theophrastus, καὶ πάντα τρόφιμα τοῦτα τρέπεται αργεῖσθαι, ὥστε, ὥστε. Postquam scilicet folium abfumpserunt pecora, caulem ipsum homines mandunt. Cum igitur Plinius ait, *post folia amissa, caule ipso,* &c. vult caulem non ante coimedi ab hominibus, quam cum desperita folia sunt, & devorata à pecoribus. Folia quippe primum dabantur animantibus, quibus & purgabantur & saginabantur, caule deinde ipso homines vescabantur. Fortasse Plinius scripsit, *Post folia emissa, caulis ipse prodit, quo homines vescabantur, decocto, &c.* Quod sequitur extra omnem controversiam corruptum est, decocto, asso, elixoque eorum à vitiis omnibus succus duobus modis capitur. Tautologus Plinius. Idem Latinis est elixum & decoctum. Illud, elixo, glossema est interpretantis & decocto. Scribe, deleto elixo; caule ipso vescabantur homines, decocto, assoque. Theophrastus, ὥστε, ὥστε. Quod sequitur ineptum & corruptum. Purgante, inquit, à vitiis omnibus. Græcus auctor folia filphii purgando & saginando pecori præstantissima esse, simpliciter tradit; non à vitiis omnibus, quod absurdum, tanta vi non pollet filphium. Optima foret panacea, qualis in rerum non datur natura. Insuper vitium pro humore vitiante & vitiato, vix Latinum. Antiquus codex habet, *Eorum quoque corpora 40. primis diebus purgante à vitiis. Ex iis omnibus succus capiebatur,* &c. Alius vero codex, ut Doctiss. monet Salmasius, purgant eum his omnibus. Scribit idem ac distinguit, asso elixoque, eorum quoque corpora 40. diebus primis purgante. cum his omnibus succus duobus modis capiebatur, &c. Folia Filphii purgando & saginando pecori optima, caulis ipse hominibus edulis, omni modo decoctus, & assus. Cum his omnibus utilitatibus, etiam succus è radice atque caule capiebatur, pluribus rebus usui futurus.*

Όπως.] Hujus succum ὄπως vocari νατικόν εἶχεν, notum satis arbitror, quod succorum omnium præstantissimus à Veteribus habitus fuit. Galenus in glossis, 'Όπως τοῦ σταφίου νατικόν εἶχεν. Όπως alioquin vox generalis, qua omnium plantarum succus denotatur, præcipue tamen lacteus, ut lib. 19. cap. 1. dicam, non sponte, ut lachryma, id est, τὸ δάκρυον emanans, sed castratione, sacrifice, terebratione, aut alio quovis vulnere effluens. Per excellentiam ὄπως, vel est fici, vel filphii succus: magis rathen filphii, quam fici. Galenus lib. 7. Simpl. Όπως οὐδὲ Κυρναϊκόν απόταν ιστηρικόν — εἰτο δὲ πάντοποιοι οὐδὲ ὄπως μίζης γῆς τὸς οὐρών, η κονιλίου τημένης, τὸ πέρι τοῦ τομής παχύ νατικόν, ὄπως ίστι. Εἰδικεστροι δὲ διοι νατικόν τοιούτου της νατικόν οὐρών οὐρανίου, η τὸ Μυδικόν, η τὸ Συρακεύου. Opos, five succus Cyrenaicus omnium est calidissimus — porro complures habentur succi, quavis namque radice incisa, aut caule, quod ex vulnere crassum & lentum effluit, succus est. Ceterum specialius, & velut per excellentiam quandam Cyrenaicum ita nuncupant, & Medicum, & Syriacum. Quæritur utrum semper apud Hippocrateum, nisi cum pro omni potitur succo, οὐδὲ nomine intelligi debeat succus Cyrenaicus, five filphii. Quod non videtur, idque quia lib. quarto de morbis legitur, "Εοιτο δέ καὶ τοῦτο τὸ πάσχει τὸ γάλακτον ἐπειδὴ μετάλλει. Ψυχές γανομένην τὸν αὐτὸν τὸ γάλακτον, συντηχεῖ τὸ γάλακτον εἰς οὐράνιον, τοῦτο δὲ τὸ παχυτερὸν οὔρος ίστι. Si quis succum in lac immittat, frigiditas in ipso oborta lac inspissat, & conglobat, at circum inspissatum serum est. Certe ex eo loco citato non generalem, sed speciale habet significationem. Non omnis succus potest lac coagulare: filphii utrum id præstare possit, nondum constat. Hesychius herbam quandam esse ait, quæ hac vi pollet. Όπως πτια. Βοτάνης δὲ οὐ μεγαλεῖ τὸ γάλακτον, τὸ διερωτικόν, η τὸ γάλακτον εἰς της συκῆς εἰνειδον. Ita scribendum; vulgo οὐτούς, opos coagulum, herba quædam quæ coagulat lac, omniumque arborum lachryma (τὸ δάκρυον impropre accipi debet, pro succo è vulnere manante) & lacteum quod è fici manat. Cardui Chrysanthemi succus vim habet lac coagulandi. Utrum hanc intelligat Hesychius plantam, igno-

ro. Veteres hanc facultatem carduo non tribuunt. Fici succum lac coagulare, auctor est Dioscorides lib. I. cap. 184. Οὐ δέ διότε τὸς αὐγέας η τῆς ημέρας συκῆς, πηκτησίς ιστι γάλακτον, αὐτῷ η πτια, λίτε δὲ παντὸς αὔτης τὸ δέκατον. Porro tam silvestris, quam sativa fici lacteus succus coaguli modo, lac contrahit, coagulatumque acer modo dissolvit. Fici, ut dixi, succus νατικόν etiam ὄπως dicitur, ut Eustathius ad hunc Homeri verbum Iliad. i docet.

Νατικόν ὄπως νατικόν λακτίου, επειζόεσθαις συνεπέχει;

Ut cum lac album fici succus cogens congelavit.

Ad hunc versum Interpres, ὅπως τὸ γάλακτον τῆς συκῆς. Ex hoc Homeri loco Empedocles apud Plutarchū φέρει παλαιόντας Ως οὐ δέ διότε τὸ γάλακτον τηντοντον καὶ ίδετε, ut fici succus opportunus est lacti condensando. Varro libr. 2. cap. II. de rustica Alii pro coagulo addunt fici de ramo lac, & acetum, & aspergunt item alii aliquot rebus, quod Græci appellant alii οὐρά, alii δέκατον. Antiquus codex habet draconon. Scribe ex Petri Victorii emendatione δέκατον. Cur lac à fici succo coaguletur, docet Plutarchus in Sympos. Ταῦτα δὲ πάντα θεραπεύοντας & τὸ πέπλον τοῦ γάλακτον τὸ οὐράνιον πάντα εἰς συκάδια συγκεντάντος, & ηγάλωνται τὰ μέρη τοῦ γάλακτον, εἰπειδή τοῦ παλλακτοῦ εἰπειδή τοῦ λακτοῦ τοῦ σεπτιφοροῦ, αἴτανοι τὸν θεραπεύοντα τοῦ γάλακτον τὸ οὐράνιον τοῦ γάλακτον. Iam quod succus ejus lac coagulet injectus, sunt qui dicant fieri non in aequalitate figurariū lactū, quæ ab eo appendantur & figurentur, & conglutinentur, elisis in superficie levibus ac rotundis, sed quod ob calorem eliquer humores instabiles, & aquosas partes. Cum itaque fici lac quod & οὐρά vocant, coagulare tradant veteres, quod de filphii succo tacuerunt, probabile admodū Hippocrateum non filphii, sed fici intelligere. Latini succum hunc laset vocarunt. Plinius loco citato, *Ab his proximum dicetur auctoritate clarissimum laeserpitium, quod Graci filiphion vocant, in Cyrenaica Provincia repertum (optimum quidem tradunt Græci, sed non repertum) cuius succum vocant laeser, magnificum in usu, medicamentisque ad pondus argenti denarii pensum.* Idem eodem loco, *Laeser è filiphio præfluens quo diximus modo inter eximia naturæ dona numeratur. Pro laeser dixerunt etiam lasar. Apicius de re culinaria, ut condimentis nihil desit, crocum, piper, Zingiber, laeser, folium. Recentiores Græci λάσαρος & λάσαρος vocant. Glossa Latino-Græca, laeser οὐρά, λασαρεον. Lexicon Neophyti, λάσαρος εὶς λάσαρον, οὐτὸς τοῦ σταφίου. Pelagonius cap. II. lib. I. artis veterinariae. τὴν οὐράνην αἵρετον τὸ λασαρεόν τηντα. quarto die vino & oleo laeseris unciam adjicito. Plautus succum laeserpitium vocavit (per c & per ε scribitur.)*

— Teque orò, & quæsi si speras tibi,
Hoc anno multum futurum sîrpe, & laeserpitium.

Isidorus succum lactis primum dictum tradit, plantam & succum etiam laeser. Laeser, inquit, herba nascitur in monte Oscobagi, ubi Ganges fluvius oritur, cuius succus primum dictus lactis, quoniam manat in modum lactis, deinde tuis derivante laeser nominatum est. Hoc & à quibusdam οὐρά (vulgo opum) Cyrenaicum nominatum. Miror quod circa Gangem nasci tradit, cum nemo veterum prodiderit in India provenire. Forte betzoin, aut asam recentiore confundit cum laesere, sive filphii succo.

Διὰ καρδιῶν τὸ πακτύλιον, &c. Plinius loco citato. Succus duobus modis capiebatur, è radice atque caule, & hæc duo erant nomina, rhizias atque caulias, vilioribus ac putrescentibus. Notat Doctissimus Dalecampius in Chiffletii Medicis M. S. codice legi, vilior illo ac putrescentis. Quasi caulias succus, qui è caule, vilior esset illo, qui è radicibus colligitur. Vulgata tamen lectio probabilior; quam confirmat, teste Nobiliss. Salmasio, codex Apulei vetustissimus, capitularibus, ut vocant, litteris scriptus. Sic in eo legitur, *Succus duobus modis capiebatur; è radice, atque caule. & hæc duo erant nomina, ριζιας & καυλιας. vilior ille ac putrescentis. Vilior ergo succus πακτύλιος; Hanc sententiam ex Theophrasti verbis male intellectis desumpit Plinius, ut infra demonstrabo. Duos etiam succos novit Dioscorides loco citato: ubi sinceri ac adulterati succi notas describit. Συντίταν δὲ διότε ιγκαραγούσιον τὸν μίζην τὸν καλαρού (vetus καρδικαραγούσιον) Διοφρεῖ δὲ αὐτὸν ἡ τετράρητος & διωρήτης ερμηνείας, καὶ εἰ τὴ οὐράνη οὐρά, μη περιστέρα, (Lac in vet. codic. additum legit οὐράδης) μη δὲ αὐτὸν τὸν τὸν μάντην τὴν μάντην (Glossatoris duas voces postremæ videantur) Διοφρεῖ τὸ οὐράδης, η τὸ λασαρόν γενέμα. οὐδὲ Κυρναϊκές καὶ τὸ οὐράδης τὸν μάντην γενέμα, λασαρέα εἰτε κατέδοτο τὸ σώμα. τὴν τὸ οὐράδης καταντίστητο. οὐδὲ τὸ λασαρέα εἰτε κατέδοτο τὸ σώμα μη δὲ μάντην εἰ μη οὐράδης. οὐδὲ Μαρδηγός η τὸ Συρακεύου τὸ γενέμα εἰτε καταντίστητο. Εἰ βρωματίστητο Ιάνετος τὸν σύρην.*

δολοῦτη οὐκέπει τοῦ Σεραφίνου, περιστοῦ; μηνιάτου, διατεύχει ιερυμάνου. ὁ τοῦ Διοσκορίου τῆς μάντης, εἰ τῷ ὄσμῃ, εἰ τῷ φερεῖ, τῷ διστη. Colligitur liquor εἰς radice & caulis incisis. Præfertur is modicè ruber, atque translucens, myrrha amylus, odoreque valens, minime porraceus (aut terrenus) neque saporis immensis & asperi: qui denique cum liquefcit ac diluitur, facile albescit. At Cyrenaicus, etiam si tantillum quis ipsum degustaverit, madorem toto corpore ciet, estque odore blandissimo: adeo ut ne os quidem gustanti, nisi paululum spireret. Medicus vero & Syriacus viribus minus valent, & magis virosum reddunt odorem. Porro liquor omnis antequam siccescat, addito sagapeno, aut fabae lomento adulteratur: quod maleficium gustu, odore, ac visu, ac diluendo quoque deprehendens. Succum colligi ex caule & radice tradit Dioscorides, sed uter præstet, non dicit; pro regionum tamen differentia præstantiorem esse docet, ac quidem Cyrenaicum optimum, deterius Medicum. Διοφίτειον αντίτοι, præfertur modicè rubens, &c. Plinius quoque notas optimi laseris tradit, ac describit loco citato; Probatio sincera prima, in colore modicè rufso, & cum frangitur candido intus, mox translucente: gutta aqua salivaque liquefcit, usus in multis medicaminibus. Corruptus codex; scribe ac distingue, Probatio sincera prima in colore modicè rufso, & cum frangitur candido intus, mox translucente gutta, quoque salivaque liquefcit. Sagapenum, quo Dioscorides ait adulterari filiphii succum, translucidum est, foris rufsum, intus candidum. Dioscorides cap. 95. Διαφίτειον αντίτοι διατάξεις οὖτε καρπός, εἰς δὲ τὸ Κύριον λόγον, δέσμον μεταξὺ ὅπου σιλφίου & καλόντων, &c. Præfertur id quod translucet, foris quidem fulvo, intus vero albo colore, medio inter laser & galbanum odore. Quod de sagapeno Dioscorides, quo vitiabatur laser, hoc de optimo lafere Plinius. Nusquam tradidit Dioscorides sagapenum quando frangitur, intus albū esse; nec ideo album esse sequitur, quod sagapenum quo vitiabatur intus sit candidum. Nullum etiā dubium quin Cyrenaicum intelligat Dioscorides, quando illud eligendum præcipit, quod τετραπτυχον & Διοφίτειον, modicè rufsum & translucens. De Medico intelligi nequit quod Dioscorides illud βρασμαδιστικόν οὔτε, magis virosum reddere odorem referat, cum optimum sit quod modice rufum esse ait atque translucens, odore valeat, neutiquam porraceum, id est graveolens, quid spirans. An ætate Dioscoridis allatum laser, inferius inquiremus. Ait item Medicum & Syriacum laser minus viribus valere, & magis virosum reddere odorem; at contrarium docere videtur Strabo libr. 11. Geograph. Φίρειον εἰς τὰ φίλοια καλέσαις, αἴροντες οὐ μόνον τὸ Μηδικόν καλόντημα, ἀλλὰ τὸ λεπόδημα τοῦ Κυρηναϊκοῦ. Εἰς δὲ οὕτην Διοφίτειον ακίνουν. Silphium quoq; fert Media, unde Medico succo nomen, is longè deterior Cyrenaico, interdum ei anteit bonitate. Τὸ φερεῖον si species, ut recte viri maximi, videbitur legendum, οὐ πολὺ λεπόδημα, non multum deterior Cyrenaico, interdum præstantior, quod planè effet contra Dioscoridem, & veteres omnes. Omnes tamen, ut iidem observarunt, codices habent πολὺ λεπόδημα, nullus vocem οὐ agnoscit, ne quidem epitome. Contra apud Stephanū πολὺ λεπόδημα legitur Μηδικόν — οὐ Μηδικός οὔτε, οὐ Μηδική βούνην. Στραβόν. Φίρειον δὲ σιλφίου οὐ καλέσαις, αἴροντες οὐ μόνον τὸ Μηδικόν καλόντημα, ἀλλὰ τὸ λεπόδημα τοῦ Κυρηναϊκοῦ. Media — Medicus succus, vel Medicus herba. Strabo ait Medium ferre silphium, cuius succus vocatur Medicus, præstantia non multum à Cyrenaico recedens. Vulgata ergo lectio corrupta, quod & sensus docet. Non tamen contradicit Dioscoridi. Sufficit οὐτι τὸ πολὺ, parum deterior sit succus medicus; nec aliter docuit Dioscorides, qui tamen tacet quandoq; præcellere. Strabonis sensus videtur esse, ut plurimum bonitate cedere Cyrenaico, quandoque tamen antecellere: ratione in cur ut plurimum pejor, aliquando melior idem querit. & hic tradit Strabo. Εἶτα τὸ δέ τοι τοῦ Διοφίτειον, οὐτε Φύσης καὶ οὐδὲ ιεραλατητοῦ, οὐτε τοῦ Κύριου οὐδὲ τοῦ Καλόντων, οὐτε τοῦ Κύριου οὐδὲ τοῦ Καλόντων, οὐτε τοῦ Καλόντων οὐδὲ τοῦ Καλόντων, οὐτε τοῦ Καλόντων οὐδὲ τοῦ Καλόντων, οὐτε τοῦ Καλόντων οὐδὲ τοῦ Καλόντων. Sive id locorum differentia facit, sive species plantæ variat, sive qui succum colligunt, & conficiunt ad reponendum, & ad usum hoc præstant. Nos existimamus omnes has causas simul concurrere. Differ ergo Cyrenaicum à Medico, quod Medicum, οὐτι τὸ πολὺ βρασμαδιστικόν, οὐδὲ μόνον; qua etiam de causa à recentioribus σκορδόλασιον dicebatur. Nam de Cyrenaico id non potest dici; iunctudi quippe odoris fuit. Probari idem ait, τὸ μὲν περιστεράνη τὸ οὐδὲ, qui odore porrum non referat, quod olebat Medicum laser; unde magis virosum odorem habere tradidit Dioscorides. Recentiores ramen Greci σκορδόλασιον de Cyrenaico exponunt Silphio. Neophytus σκορδόλασιον, οὐ Κυρηναϊκόν οὔτε. Nicodemus Iatros Sophista, σκορδόλασιον οὐ Κυρηναϊκόν οὔτε. Vicielius verus glossarum auctor, σιλφίου οὐτε σιλφίου οὐδὲ, τὸ σκορδόλασιον.

Aliis judicandum relinquit, utrum intelligi de Cyrenaico, an Medico debeat. Rectius Medico adscriberetur, quanquam nec medicum, nec Syriacū, nec Cyrenaicum laser unquā σκορδόλασιον, vocatū fuit, ut paulo infra probabo; atq; ibi etiā ubi disputatur an afa foerida fit laser, Cyrenaicum laser sic vocari tradiderunt ex Pharmacopœorum relatu; qui cum optimo laser carerent, nec tamen sese eo defititios fateri vellent, quod σκορδόλασιον vocabatur, laser cyrenaicum pronunciarunt; Medicis tamen magis exercitatis illud persuadere non poterant. Hi σκορδόλασιον, vocarunt, quod allium odore referret, Σκορδόλασιον quasi allii laser. Dicebant etiam σκορδόλασιον corrupte pro σκορδόλασιον. Vetus lexicon Iatricum, στὸ Κυρηναϊκόν, οὐτος σκορδόλασιον. Ita appellatur Myrepso in compositione ἀφροδιτον antidotis. Χει σκορδόλασιον, αμμωνία, σινάριον, δραγάνην, ὑπόπτειαν. Vertunt, scordii, ammotiaci, myrrhae, tragacanthæ, opopanax. Malè σκορδόλασιον scordium interpretantur; nec tamen suis rationibus destituuntur. Quippe Myrepso σκορδόλασιον, τὸ σκορδόλασιον exponit. Antidoto enim xxvii. εἰ Castorio scribit, σκορδόλασιον τὸ λεπόδημον Καλόντων σιλφίου, scordorasaum, quod Ιταλικὲ afa fatida vocatur. At vero lect. 23. de Hieris capite 4. scribit σιλφίου τὸ σκορδόλασιον. Hæc causa, cur pluribus in locis, uti Sect. 17. enemate 19. σκορδόλασιον expōnant scordium; cum tamen nihil minus quam scordium sit; quod vel ex Antidoto σιλφίου probatur. Ineptus foret Myrepso si herbam inter gummi recenseret; præser-tim ubi gummi colatis & liquefactis addi jubet in tenuissimū pulverem redactum σιλφίου, βερούλου, καρούσιαν, &c. Hyssopum, betonicam, carum. Idem etiam facit Antidoto citato ex Castorio, ubi σκορδόλασιον exponit, afa fatidam. Inter myrrham enim, euphorbium, & aloen recenset. Recte ergo officinæ afa foerida sic hodiè dictam, non scordium in Nicolai compositionibus usurpat. His addo, quod nemo unquam scordium afa foeridam vocat, nec ulla est ratio cur sic vocari mereatur. Quod ad locum Myrepso in Hieris, corruptum dico, ac pro τὸ σκορδόλασιον lego ex aliis locis jam citatis, σκορδόλασιον. Quin & ex locis Nicomedis & Neophyti citatis σκορδόλασιον non esse herbam, sed succum conflat: secus si foret, non interpretati fuissent διόποιον Κυρηναϊκόν. Malè ergo viri magni officinas notant, quod afa foeridam capiant, ubi à Myrepso & aliis Græcis σκορδόλασιον prescribitur. Nunc videamus utrum filiphii succus ad recentiorum cognitionem pervenerit. Multi Dioscoridis jam saeculo Laserpitii Cyrenaici succum deperditum fuisse tradunt. Sed quia ratione id probant? Plinius, inquiet, scribit loco citato, Multis iam annis in ea terra non invenitur: quoniam Publicani, qui pascua conducunt, majus ita lucrum sentientes, depopulant pecorum pabula. Unus omnino caulis nostra repertus memoria, Neroni principi missus est. Si quando incidit pecus in spem nascentis, hoc deprehenditur signo: ova, cum commederit dormiente protinus, capra sternuente. (alter sternuante) Diuque non aliud ad nos invenitur laser, quam quod in Perside, aut Media, & Armenia nascitur largè, sed multo infra Cyrenaicum. id quoque adulteratū, gummi, aut sagapeno aut faba fræcia. Rarum quidem Plinius ævo fuisse non inficior; sed nihil planè sinceri Cyrenaici laseris fuisse allatum, nego. Quomodo Dioscorides, si non vidisset, manibus tractasset, & gustasset, distinguere potuit inter Cyrenaicum & Medicum laser. Facile crediderim filphio accidisse, quod opobalsamo, & illi styracis generi quod Galenus describit, nosque à Petro Dommero seplasario diligenter habemus. Semel tantum illud videre licuit; & notum est, quam rarum sit opobalsamum, non tamen deperditum. Turcarum Imperator sibi & Magnatibus suis servat. Fieri inquam potest, Dioscoridem vel semel tantum vidisse. Cæterum quod Plinius de pecoribus & publicanis dicit, utrum verum, an falsum, infra examinabo. Aliam, eamque meo iudicio veriore, dat causam Strabo, libr. 7. cur Laserpitii Cyrenaici succus Romanum non adferretur. Ομοιοι δὲ τὴν Κυρηναϊκήν τὸ σιλφίου φιλογοναί τοι τὸ σκορδόλασιον τοῦ Κυρηναϊκοῦ, διαφίτειον τοῦ σιλφίου ἐπιστρέψιν. εἰς δὲ ηλιθί τὸ επιστρέψιν επιλόγοντα τὸν Βαρβάρον, εγένετο ιχθυαν πτα, καὶ Φεγγον τὰς πτελέας τὸ Φυτοῦ, τοι δὲ Νομάδες. Cyrenaicus finitima est regio, que laser producit, & Cyrenaicum succum, quem filphium expresso & coagulato succo dat. Id propemodum defecit, cum aliquando Barbari impressione facta, radices ejus penè omnes odio impulsu erus-sent. Vixit Strabo temporibus Augusti, Tiberisque; paulo antiquior Dioscorides, Suidas si credimus. Nam Antonio & Cleopatra, ut refert Suidas, familiaris fuit. Malunt alii paulo ante Plinium vixisse. Alii Plinium Dioscoride antiquiore volunt, ac quidem Suidam duos confundere Dioscorides. Horum sententiam ipse refellit Plinius,

cum de hæmatitide libr. 36. cap. 20. scribit. Hæc est sententia, eorum qui nuperrime scripsere, sed Soranus è vestissimis auctoribus, quinque genera hæmaticarum tradidit. Conferant ea quæ Dioscorides, & quæ Plinius de hæmatitide scriperunt, & facile videbunt apud Dioscoridem, quam citat Plinius, sententiam reperiri. Forte ergo cum viveret Dioscorides damnum illud, quod intrulerunt Barbari resarcit quodammodo fuit, ac jam denuo laserpitii succus allatus. Si temporibus Antonii & Cleopatrae vixit Dioscorides, quid impedit, quo minus viderit succum Cyrenaicum preparatum, antequam Barbari radices evellerentur. Nonnulli benivi laser statuunt. Certe odoratum est, foris rubet, intus candidum est, translucet, & dilutum albet, sed cum benivi manat, teste Garcia lib. I. cap. 5. ex vasta, procera, pulchra, umbram latè diffundente arbore; quod & testantur magni & validi cortices qui plerumque in benivi inveniuntur. Non possum horum opinioni subscribere. Nam ferulaceam plantam esse, veteres testantur omnes. Præterea Dioscorides, & Galenus tradunt, laser calidissimum esse & tenuissim maru partium; quod in benivi nemo facile percipier: gustantibus enim nullam relinquit acrimoniam. Galenus lib. 7. simpl. "Ὀτὸς δὲ Κύρνης οὐ πάντας ισι γερμόντες τε νῦν λαζαρίτης". Malunt alii, immo asserunt, assam foetidam laser esse. His facent quæ supra ex Myrepso, Neophyto, Nicomede, Glossis attulimus. Ego asam foetidam laseris genus esse, nunquam concedam; Cyrenaicum esse nemo persuaserit. Suavissimo, blandissimo, gratissimo odore est Cyrenaicum: asa foetida pessimo, terribilio, gravevolentissimo; tali quidem ut à foetore suo asa foetida Belgis Dupnæs dicit, stercoris Diaboli nomen acquisiverit. Dioscorides de Cyrenaico, ἐν βερβαροῖς τοῖς πυρωπίαις σώματα μέντος πνεύματος, ἀλλὰ τοῖς ὄλιγοι, οὐ εἰ qui gustari os ne quidem oleat, nisi parvo tempore. Suaviter spirantia hoc præstant, quæ in ore non diu durant, nec sensum sui odoris multum exhalant; ad oris suavitatem talia commendantur. Contra succi qui sunt odore acriore, & diutius permanent, & magis sentiuntur. Asa foetida, ut dixi, nihil foetidius, nihil ingratius; hysterici suffocationibus adhibetur, quibus odores hi teterimi maxime profund. Nec Medicum esse laser potest. Dioscorides quidem βερβαροῖς ὄλιγοι habere tradit, non foetidum ac maleolens, sed viroforis fragrantie, & acrioris, cum gustatur, quam Cyrenaicum cum tamen re ipsa imbecillius sit. Το βερβαροῖς non significat tetrum, foetidum, pessimumque odorem, sed in rebus odoratis, eam quæ gusto sentitur odoris gravitatem & vehementiam. Id multis ex Dioscoride exemplis probari potest. Vide caput de lacea & cancamo, ubi, στρεψαντος, βερβαροῖς (vel βερβαροῖς, quod idem est) εὐτῆς καὶ τοῦ καπνοῦ, de costi optimo, ἀπρόδοτος, αἴσχουμ, τάνατος δηκτηρίς επιστρέφεται. Vocat ἀσθενος qui non gravis sit odoris. Ipse Dioscorides inter βερβαροῖς & βερβαροῖς distinguit capite de castoreo. De hac voce vide quæ capite de Phy, sive valeriana dicuntur. Ego quanquam nolim negare το βερβαροῖς odoris gravitatem significare, asam tamen foetidam laser Medicum esse imaginari nequeo. Sed esto, denotet το βερβαροῖς nonnunquam insuave, ingratum, gravevolens, foetidum; anne tum asa foetida laser erit? Non ait Dioscorides simpliciter βερβαροῖς, sed βερβαροῖς ὄλιγοι ὄλιγοι habere, quam Cyrenaicum, id est, magis viroforum quam laser cyrenaicum, quod suavissime spirat. Nihil odoris boni in asa foetida; unum foetorem percipere licet, eumque sumnum. Laser colligitur ex planta ferulacea, foliis sellini: asa foetida, ut Garcias ait, ex planta quadam foliis coryli, conciso caule, deinde in bubula coria conjicitur, prius illata sanguine cum triticum farina permixta, conservationis gratiâ: eamque ob causam si quid in lasere furfuribus simile conspicatur, non adulterationis, sed puritatis potius esse indicium. Porro laseris duo genera ad Indos adferuntur, alterum sincerum & translucent, alterum turbidum & impurum, quod à Baneanibus repurgatur, antequam in cibos admittatur. Sincerum colore est puro, elecro simile; id Guzarate concebitur ex Chitor, ut ajunt, & ex Patane & Dely; impurum ex Ormuz ad fertur. Majoris pretii est sincerum, neque facile impurum emunt mercatores, nisi in purioris defectu. Sincerum validioris est odoris quam foetidum. utrumque tamen mihi faret, sed id magis quod sincerius esse putatur. Hæc Garcias libr. I. cap. 3. Ex excerptis Iacobi Bontii Medici apud Indos satis celebris, quæ apud Clariss. virum Ioannem Walæum Medicinæ professorem exscripti, & ad nos misit Adrianus Tollius Med. doctor, dum viveret in promovendis studiis satis diligens, plantam ex qua exprimitur asa foetida, duplice esse cognovi. Est, inquit Bontius in animadversionibus ad Garciam, duorum generum I. farmentosa fer-

mè ut salix aquatica, ex cuius foliis ac stolonibus incisis, asa foetida per torcular exprimitur, que, ut reliqui succi, sole indurata in consistentiam evadit, qualis est aloes. II. est succus expressus ex radicib. bujus plantæ, qua crassissimos raphanos, folia autem tithymalibus referuntur. Ex his quivis colligere potest, asa non esse laser officinæ. Duo laseris genera ostendunt, illud purum & aliquo modo translucens, alterum impurum & foeridum. Addo, solebant vereres laseris Medici suco, ubi deficit Cyrenaicum, ad condimenta uti. Apicius de re culinaria, ut condimentis nihil defit, crocum, piper, zingerber, lasar, folium. Apud eundem laseratum porcellum, laseratum bœdum legitur. Apuleius lasare infectas carnes scribit. Asam foetidam, nemo Batavorum condimentis cibis addit; idem de Gallis & Hispanis ausim dicere. Garcias loco citato; Nam quod laserpitum veterum in cibos admissos esse ajunt, asam vero foetidam medicamentis solum utilem, idque raro, in cibis vero dannari ob tetrum odorem, plurimum mibi falli videntur. Si quidem nullum medicamentum simplex per totam Indiam majore est in usu, quam asa foetida, cum in medicamentis, tum in condimentis cibis. Solent Baneanes & omnes gentiles provinciæ Cambare asam suis jusculis & oleribus commiscere, confricato primum ex ea lebete; nec alio condimento utuntur omnibus in cibis. Commendarunt mihi multi condimenta istorum Baneariorum cum à saporis, tum ab odoris suavitate. Horum oratione per suauis aliquando ejusmodi condimenta degustavi; que Jane sic satis palato arridebant, non tam adeo ut illi praedicabant; quoniam forte neque jusculis, neque condimentis valde delector: odore certe suo non erant molesta, tametsi nullus odor mihi aequè infestus sit ac asa foetida. Lepidam porro histriam, quæ in Bisnagar contigit, prætermittere nequeo. Lusitanus quispiam istuc vivens equum habuit maximi preti, quem illius Provincia rex libenter emisset, nisi multis flatibus obnoxium compesset. Lusitanus asam farinæ permisit equo prebet edendū, & flatum morbo liberat. Equum, iam sanum emit rex, & qua ratione curatus sit, percontatur. Respondet Lusitanus inagi sive asam edendam dedisse. Tum Rex: baud sane mirum si curatus, cum deorum cibo illud paveris. Ad hæc Lusitanus, sed missitans, ne exaudiri possit, & Lusitanico quidem sermone, verius cacodamontum cibum nuncupasses. Delectentur hoc cibi genere Indi, ego abhorreo; dicant Deorum cibum, ego, cum Lusitano, & Agoræ Beotiorum referam. Majoris ponderis argumentum addo. Ex fabula jam narrata quanquam probari satis possit asam foetidam flatus discutere; tamen placet iphus Garciae verba proferre, quod ea majoris valoris videantur, Solent plerique eo ad stomachi corroborationem, flatusque discutiendos medicamenta loco siti. Contrarium de latere scribit Galenus libr. 7. simpl. Σιλφίου θεραπείας εἰς τὸν οὐρανόν οὐ φέρει, ἀλλὰ τὸ τούτον φύσια, καὶ οὐ καυτός, καὶ οὐ πίπερος, θεραπείας τούτην οὐ περιττή. Οὐδιδίστης εἰς ψυχήν εὐθύνει τὸν πίπερον. Οὐδιδίστης εἰς liquor, verum enim vero & folia, & caulis, & radix sat strenue excalfaciunt, quo flatulentæ magis omnia efficiunt, ac proinde concoctu difficultia. Ex his affirmo asam foetidam non posse dici laseris genus quoddam. Sed respondent laseris succum foetidum esse, & probant auctoritate Scholiafæ ad comediam Aristophanis Equites inscripta, σιλφίου esse φυτεύοντο καύσομα. Ergo, inquit, duo sunt genera silphii: odoratum, & maleolens, quod asa foetida est. Sic scribit Scholiafæ, ἀλλος φυτεύει εἰς καύσομα. Αεριστὸς οὐδὲ οὐ πάντας οὐρανός τούτοις εἰσαγαγεῖ οὐ σιλφίου, οὐτε τὸ μίλιτον. Facetus profecto Scholiafæ, & plane ridiculus. Κανονεος mali odoris plantam dixit, quod generet producatque illud quod pejus olet, quam sonat. Ut scias lector me vera scribere, versus Aristophanis addam ex Comediam citata. Acta 2. Scena 4.

ΔΗ. αἰθοῖ

Οὐκ εἰς κέρακας διποθερεῖ, Θύρων κάκισον οὔσιον;

ΑΛ. Καὶ τοῦτ' ἐπιτηδεῖς σε εὐείμπορον, οὐα σ' διποτυγχάνει.

Καὶ ταυτογονον ἐπιστολευσόν σε, τὸν καυλὸν οἴστικανον,

Τοῦ σιλφίου τὸν αἴξιον γενέσιμον; ΔΗ. οἶδα μὴ το.

ΑΛ. Ἐπιτηδεῖς οὗτος αὐτὸν εσπευδό αἴξιον γενέσιμον.

Ιν' εὐθίστοιτ' αἰσθανόμενοι κακπετεῖτο οὐ Ηλιαῖς

Βέδεοντες αἰλιάλους διποτεύεται οἱ δικαστοί.

ΔΗ. Νη τὸν Ποσειδῶνα καὶ ταῦτα εἴμε τούτοις δε εἰπεν αἴσθιτος.

ΑΛ. Οὐ γαρ τέοδης οὐ μεῖς Βδεόμενοι δημητού γίνεσθαι

D d d 4 Non

PO. Ebem,

Non tu hinc abis in rem malam, qui corium oles malignus?
AG. Sane haud ineptè tibi circumdedic, ut te strangulet.
Nam & ante hac tibi infidias struxit, scis caulem, opinor,
Istum laserpitiis, parvo venalem factum. PO. Ego novi.
AG. Non abs re voluit illum tam vili venire nuper
Prestio: ut qui emitis, comedatis: ac post in furo se-
dentes

Pedatis judices, & vosmet invicem enecetis.

PO. Ita per Neptunū. Hoc dixit idem ad me stercosus.
AG. Nunquamne pedendo suffusi estis rubore?

Iocatur hac in Scena aliquis, Cleonem Atheniensibus caulis silphii annonam procurasse, ideo viorem, ut eo copiosius & liberalius comedentes, sese invicem in concionibus flatus emittingo & pedendo enecarent. Caulem silphii flatuolum esse, flatuq; excitare omnes plantę partes, ex Galeno probavi. Non alia ergo de causa lepidus Scholiaxes silphii plantam φυτικῶν παραγόμενον dixit, quam quod βάθλων ποιητης fit.

[Οὐκ ἵσται πάρεστιν εἰς.] Loci male interpuncti, ut mox dicam, sensum nec interpres perceperit, nec Plinius. Succus, inquit Plinius loco citato, dñobus capiebatur modis, ē radice atque caule. Et hæc duo erant nomina, rhizias atque caulias. Vilior ille ac putrescens. Vilior, inquit, sic scribendum puto, ille succus, qui ē radice colligitur. Errat Plinius, mala interpunctione in errorem inductus. Absurdum est, radicis succum, qui justo, designato, & definito colligitur modo, magis putrescere. Illa enim moderatio & cautela incidentæ radicis ad excipiendum liquorem, non adhibebatur ut vilior, & putredini magis obnoxius esset. Præstantiorem ego fuisse contenterim. Hæc Theophrasti mens est. Silphium quotannis novum emitit caulem, radicem habet perennem, quæ non facile, nisi læsa intererit. In caule, ut eliceretur succus, nullum erat periculum, absumebarur vel ab hominibus, vel à peccore; sed homines caule, pecus folio potius vescebatur: ideoque nulla adhibebatur cura, nullus præscribatur modus, aut tempus; quidquid succi elici, aut exprimi poterat, eliciebatur; autumno enim peribat. Radicis vero incidentæ certus erat modus & constitutus tempus; quia facile, si non caute satis incideretur, intererit, quæ natura sua perennis est, & quam mori nolebant. Ideoq; interdictum erat, ne eam oblique inciderent, nec plus laseras quam constitutum erat extraherent. Timebant enim, ne oblique incisa, nimia succi copiā educta, perderetur radix, quæ quotannis vere novo novos caules promebat. Sic ergo distingue verba Theophrasti; Οὐκ ἵσται πάρεστιν εἰς τὸν πλαγίων, ηδὸν ἀλεφίπεττα, καὶ οπτηταὶ ἀπέριται εἰς λεπτούν. κατεργάζονται ἐπιτελεῖς, &c. Nec oblique radicem incidere, nec plus, aut pluribus in locis quam constitutum est, licet. Alioquin intererit. Succus ipse si ruditus diu relinquatur, putrescere, ideo interpolant, &c. Verba illa, ηδὸν ἀλεφίπεττα, de radice intelligenda sunt, quæ tota perire, si plus quam constitutum est succi extrahatur, aut oblique incidatur. Quæ sequuntur, ηδὸν ηδὸν, &c. de succo tam qui ē radice, quam qui ex caule colligitur accipienda sunt. Corrumptur uterque si diutius ruditus permanferit, ideo ad alias regiones, Italianam, Galliam, Græcam exportare, nisi præparatum licebat. Præparandum invenit Aristæus. Aristophanis Scholiaxes ad Equites. Αριστεὺς δὲ Ἀπόλλωνος ηδὸν Κυρίνος αὐτῷ τὸν τοῦ ιππαῖον τὸν οὐλόφων ἔσπειρε, οὐτοὶ οὐ τε μέλιτος. Aristæus Apollonos & Cyrenes præparandi silphii & mellis modum invenerunt.

[Τὸν ἀργόν.] Τὸν ἀργόν crudum Latini vocant, quod læso caule & radice effluit, nec præparatum est. Thus ἀργόν quod adfertur, sicut ex arbore manavit, naturali lachryma. αέρα ἡλα, lana rudes & impolite, sicut ex vellere captæ sunt. Ovidius, Lanas nec sinit esse rudes. αέρος οὐλή apud Arrianum in Peripl. īers & rude vitrum, αέρος ηλατη nativum succinum, Plinius succinum rude nuncupat libro 37. cap. 3. Nasci & in India certum est. Archelays qui in Cappadocia regnauit, illinc cortice (antiquus codex addit, pineo) inhærente tradit advehī rude, poliri que alijs suis lalentis incoctum. Sic αέρος ἀργός argentum non facit, quale ex fodinis adfertur. αέρος λαδος sine arte & rudis lapis, οὐ τυρός, qui ad sculptoris manus nondum venit. αέρος γῆ καρπος, inculta terra, regio. Eodem modo succus silphii, qui preparatus nondum erat αέρος οὐλή dicebatur, factitius vero λεπτός. λεπτός οὐλή, preparata lana, & usi indonea, quæ putata, carminata, & purgata est.

[Καρπος ἀργός εἰς τὸν πλαγίων &c.] Hæc satis sana non videntur. Non tantum in Pyræum advehebatur portum, sed etiam in alios. Nihil certius, quam in Siciliam,

Italiā, Aegyptum, aliasque plures regiones allatum. Scribit nobiliss. Salmasius sis nū πλαγίων perficiunt & ad maturitatē perducunt, cum in transmarina illud eveniunt. Ex τὰ πλαγίων, τὰ πλαγίων fecere Correctores. τὰ πλαγίων trans ultra, supra ē regione. τὰ πλαγίων iuxta Arriano ultra marina emporia, πλαγίων Iδōn, apud Aristotelem lib. de mundo, super Indos, id est, τὰ πλαγίων Iδōn. Mathæus Euangelista cap. 8. ἡδόνη εἰς τὰ πλαγίων, venienti in transmarinam ripam, πλαγίων ἡδόνης trans mare. Hinc αἴσας ἐπί πλαγίων, apud eundem, quod aliunde advehitur thus, nec in ipsa regione nascitur. Corruptus etiam Plinii codex libr. 1. cap. 3. ut idem Salmasius observavit. Radici cortex niger, & ad merces adulteria, succum ipsum in vase conjectū, &c. Hæc sine dubio corruptissima. Nec Dioscorides, nec Galenus, nec Theophrastus, veterumve quisquam radicis usum in alterando succo aliquem fuisse tradunt; nec apta ad id radix, vel ejus cortex. Adulterabatur laser, ut Dioscorides scribit, gummi, aut sagapeno, aut faba fracta, aut alterius laserpitiis succo, quod in monte Parnasso copiose nascitur. Certum præterea, curam hanc & diligentiam adhibitam non vitiandi gratia, sed conservandi, ut in alias longius diffitas possit transferri terras. Illud enim cui opera hæc non adhibita erat, putrescebat. Theophrastum sequitur Plinius. Scripsit ergo, Ad merces ad ultera succum ipsum, &c. Ad merces ad ultera, id est, quum hujus succi merces in ulteras & transmarinas regiones defere volunt. Ad ultera dicimus, ut, ad extera, infera, ci- tera. Ex Plinio ergo Theophrasti, ex Theophrasto Plinii codicem corruptum & restitutum constat.

[Οἰς, βάθλοι, &c.] Plinius loco citato. Ad merces ad ultera succum ipsum in vase conjectum admixto furfure subinde concutiendo ad maturitatem perducabant. Τὰ ἄλλας, vertit, furfures, cum sint farinae, & quidem propriæ tritici, ut τὰ ἄλλα hordei, sed, ut dixi, non raro generaliter sumuntur, pro omni farina. τὰ πλαγίων sunt furfures. Forte Plinii tempore furfuribus ad conficiendum & præparandum laser utebantur. Sed Theophrastum sequitur Plinius, ac quidem diserte ait, suo ævo laserpitiis plantas deperditas fuisse. Sed hæreο, quid voluerit quum maturitatem appellat, operam, curam, ιππαῖον illam, qua silphii succus ad vetustatem ferendam præparabatur. Quin κατηργάζονται sic verterit, non dubito. Quid αέρος & quid ιππαῖον, sit, supra docuimus. Τὰ κατηργάζονται apud Theophrastum, ubi de præparatione laseris agit, nullam habet maturitatis significationem, sed certo modo quid præparari, ut vetustatis patiens esse queat, denotat. Quis ergo maturitatis intellectus in rudi & nativo lasere, quod arte quadam præparatur & medicatur, adversus putredinem? Omnes norunt, maturitatem proprie esse perfectam conditionem in fructibus, vel maturitatem perfectionem quandam esse in iis rebus, quibus id nominis convenit, sive propriæ sive tralatitiae. Ea maturatio temporis tractu sit; quod ubi attigere, perfectæ putantur, deinde retro feruntur, & ab illo gradu perfectionis decidunt, & corrumpuntur. Maturitas hæc de fructibus propriæ, quos Græci πλειονάδα, dicitur, quum maturescant. Perfectio porto, ή πλειονάδα, corruptioni & putrefactioni contraria. An igitur Plinius ad maturitatem perduci dixit, quæ ad eam perfectionem perducunt ut putrescere non possint? Cerd maturum vocat Aristoteles quidquid est perfectū. Ή πλειονάδα η πλειονάδα. Hyginus cuius, sæpe apud Plinium fit mentio, coctas fucus dixit maturas. Cibus quoque qui in ventriculo concoquitor, perfici dicitur. Ita & Græci eodem sensu dicunt, κατηργάζονται. At πλειονάδα secundum eundem Aristotelem, πλειονάδα. οὐτοὶ ηδὸν πλειονάδα πεπλειονάδα ηδὸν πλειονάδα. Similiter Latini, perfici maturitate fructum dicunt. Iliodorus de palmis: Quæ dum in multis locis nascitur, non in omnibus fructus perficit maturitate. Græci quoque κατηργάζονται ac πλειονάδα dicunt, de fructu qui maturitate perficitur. Apud Theophrastum passim occurrit πλειονάδα τὸν οὐλήν, maturitas, aut ad maturitatem perducio. Hæc omnia cum satis cognita essent Plinio, eique probè constaret Theophrastum laser κατηργάζονται scribere, antequam in alias mitteretur terras, κατηργάζονται vertit, ad maturitatē perducabant, & maturitatē ιππαῖον, quæ à putredine defenditur; quod profectò præter rationem est. Eodem enim modo, & ad maturitatem perduci posset dici thus Indicum, quod δέρνη, crudum, non adfertur, sicut Arabicum quod natura sua rotundum est. At Indicum, quod naturaliter tale non est, arte fit. Eadem ratione & myrrham & ladaniū quod ex barbis pilisque caprarum colligitur, purgatur, præparatur, quidquid denique quoconque artificio medicatum à naturæ suæ qualitate & forma pristina recedit, ad maturitatem ea arte perductum dicere quis posset. Sed hæc non est mens Plinii,

nii, nec ad illud attendit; vult maturitatem eam esse *ηραστας* quæ vitiosum, tenuemque nimis in succo filphii humorem excoquit, expellit, & siccatur, quo modo in fructibus humor, putredinis amicus, siccatur excoctus maturitate à humore inutili sublato minus putredini laser obnoxium redditur, nec facile corruptitur. Hæc quamvis longè perita, Plinii tamen sententia, quod ex iis quæ sequuntur probatur. Argumentum, inquit, erat maturitatis color, siccitasque sudore finito, &c. In pomis maturis & color est & siccitas. Acerba enim magis uidea. Ideo Servius Maurus matura poma vocari ait, quæ nec acerba sunt, nec putrida. Putrida vocat, quæ ex maturis putrida existunt. Hic enim ordo est, acerba poma, deinde matura, mox putrida; acerba humidiora, matura sicciora: humor quippe excoquitor maturitate. Eadem Aristoteles sententia, ηραστας, ανη ζητει, τιλος γινεται σπιριθρα. Acerba ergo poma quæ magis humida, eaque de causa facilius putreficiunt, quippe putrefacto ab humorē nimio. Eadem etiam de causa laser illud facilius corruptitur, quod humorē plurimo tenui, ac crudo redundant. Atqui pomum maturum putreficit. Recte, non à naturali, ut immaturum, sed extraneo, ita quoque filphii succus, si aëre locoque humidiori reponatur putreficit, ut etiam siccissima quæque. Diutius ergo quam crudum servari poterat, si loco sicciori, ab aëre humidiore libero reponeretur.

Oīas ηραστας λαμβάνει, &c.] Plinius. Argumentum erat maturitatis color, siccitasque sudore finito. Quis ille color? Dioscorides laser præfert modicē rubrum, & transluens, Αγριφέντης ἡ αὐτὸν ὁ πατέρας καὶ Διονύσος, &c. Plinius, probatio sincera prima in colore modicē rufum. Ergo sincera laseris color rufus. Atqui Theophrastus scribit, succum eum in vase conjectum admista farina concuti solitum, donec & colorem assumeret & exsiccaretur. Colorem alium ex farina sumere non potuit, nisi candidum. At modicē rufum in extima cute probari Plinius ait, intus candidum. Ideo furfures pro farinis substituisse videatur in convertendo Theophrasti loco, quia furfures rufi, qui color & frumenti. Inde & hunc colorem capere succum qui admixto furfure concutiebatur. Quod est absurdum, cum farina diu in vase versatus & concussus humidis filphii succus haud alium trahere colorem poterat, præter candidum, ne cum furfuribus quidem. Naturalis filphii succus, atque, ut Theophrastus vocat, ἀργός, coloris modicē rufi videtur fuisse. Certe Dioscorides scribit, optimum haberi τὸν πατέρας καὶ Διονύσος, modicē rufum & transucidum. Sed quis judicabit an de Cyrenaico hoc tradat Dioscorides, non potius de Medico aut Persico? Hoc profecto verisimilius. Optimum Laser Cyrenaicum fuisse supra diximus. Optimum in unoquoque genere describere Dioscoridem, hoc magis notum, quam ut probari debeat. Eundem Cyrenaicum vidisse extra controversiam est. Nam si quando quædam describit quæ relatu accepit, solet addere φασι, ισογενεῖς aut simile quid. Malè filphii succum candidum fuisse contendunt ab addita farina. Hæc herbarum, succorumque non mutat colores, sed colorem acquirit, quem habent succi & herbæ. In oleribus mulierculæ hoc novum, in quibus farina addita colorem viridem nihil mutat. Sic luteo si addatur succo, sit lutea, si rubro misceatur, rubrum acquirit colorem. Nigra redditur nigro imbuta, eandem tingit violaceo violaceus; purpurea evadit purpureo infecta, fusca fusco. Verbo ut dicam, omnes recipit colores, nullum respuit, ab omnibus mutatur, nullum mutat. Nativi ergo & præparati Laseris color ruber; recentis vero & ex stipite manantis albus, ut omnium succorum qui διπλοῦ nō men audiunt. Cæterum colorem illum modicē rubrum acquirit à concusione. Sic Indicum thus subfulvum fit, quod in fictilibus tamdiu versetur, agitetur, ac volvetur donec formam contraxerit rotundam. Tempore vero color hic perit, & thus flavescit. Utrum autem color modicē ruber laseris temporis tractu pereat, non refert Dioscorides, tacet hoc Plinius. De thure vide cap. 2. libr. 9.

Εραστας.] Plinius: Argumentum maturitatis color, siccitasque sudore finito. De siccitate & sudore ne verbum quidem Græcus auctor. Græcae linguae imperitus videtur fuisse Plinius, si legit, ut in vulgaris habetur codicibus, & sic vertit. Non dubito quin vel legerit ipse, vel liberti legere existimaverit, ηραστας ανη πολιτος ηδη Διονύσος. Humor quidam, ut videtur, internus & aquosus in laserpitii succo inerat, ex quo facile corruptebatur, & putreficebat, ut ex humorē οὐσίᾳ: ideo in vas conjiciebatur, farina admiscebatur, ac diu concutiebatur. A concusione illa alium acquirebat colorem & siccitatem; sic conditum & præparatum ad alias mittebatur terras, perdura-

bat, nec putredinem facilē sentiebat. Hujus siccitatis indicium capiebant, cum inter quartendum omnis sudor ab erat, à farina & concusione exhaustus. Probabile ergo admodum, Plinium ηραστας legisse, pro Εραστα. Hinc imaginem maturitatis conceperit. Poma enim acerba & immatura humorē magis scatent; quæ dum percoquuntur solari & naturali calore ηραστα, humorē, ut loquitur Poëta, tenues evanescit in auras. Sed hæc absurda.

Τετραγίλια, &c.] Basileensis codex. Πλεῖστος φυτῶν παραγίλια. μὴ διὰ ταῦτα, &c. Scribe, η παραγίλια σάδια, ταῦτα, &c. De solo-natali agit, simulque quibus locis gaudet Dioscorides circa Syriam, Armeniam, Medianam, & Libyam nasci refert. Optimū tamen esse Cyrenaicum laser. σιλφιον γενέτα εἰς τὴν Συρίαν, καὶ Αρμενίαν, & Μήδειαν πόλιν, καὶ Διονύσου. Strabo in Media & Libya. Vide quæ supra dixi, ubi disputatum est, utrum Medicum, an Cyrenaicum laser optimum. Arrianus in aspero Asia monte Caucaso nasci tradit libr. 3. de expedit. Alexandri, τὸν δὲ οὐρανὸν Καύκασον, οὐπλόδον μόνον, αποτελεῖ τὸν Ασσαν, οὗ λίχες Αρετούσαν — αἴτιος οὐ πότε τὸν Καύκασον εἶδε, ἀλλού οὐ πηγὴ τοῦ ποντικοῦ, οὐ σιλφιον, οὗ λίχες Αρετούσαν. Moni Caucasus, nulli montium qui in Asia sunt altitudine secundus est, ut Aristobulus auctor est — at in hoc Caucaso nihil præter terebinthum & filphium nascitur, ut auctor est Aristobulus. Sed, ut dixi, omnes Cyrenaicum laudant. Loci magnitudinem & latitudinem, in quo circa Syrenen filphium nascitur, ad finem libr. I. ultimi cap. de Geograph. describit Strabo. Τοὺς δὲ τούτους οὐ τοῖς σιλφιον χρουσούς εἰσι. Τοῦ οὐρανοῦ καὶ τοῦ Γαργαρίτου. Ισιδὼρος δὲ τοῖς σιλφιον φιλοροτούς στίν καὶ θερμήματα καὶ θεραπεύματα. οὐκοῦ μὲν οὐ ποτὲ ταῖς αἰσθηταῖς λογισταῖς, οὐτοις σαδίαις χλιδίαις, οὐλατοῖς τοῖς τελεταῖσιον οὐ μικρῶν πλινθοῖς τοῖς γραπτοῖς. Οὐτανταν εἰσι regio quasilphium fert, deinceps quæ sunt, non habitantur, οὐ junt Garamanthorum, quæ filphium fert terra angusta est, οὐ longa, οὐ arida, longitudine versus ortum solis eunti cincter M. Stadia, latitudo CCC. vel paucis plura quantum omnino cognitum est. Theophrasti sententia est, filphii feracem tractum majorem esse, & quatuor millia stadium in Africa occupare, & majorem partem tenere οὐδὲ τὸν Σύρην διπλὸν τὸν Εὐαστείδιον, ab Hesperidibus oppido, quod in extimo cornu Syris situm erat. Ergo circa Sirtum omnem extendebatur η σιλφιοφίρος juxta eundem. Nam Syrtis ab Esperidibus initium capiebat. Scylax, δοῦλος Επαντίδων καὶ πλοποῖος οὐ μήτερ, οὐ σύνεια Σύρης. Ergo ab Hesperidibus circa sinum illum Syrticum major pars laserpiceræ regionis. Alia Herodoti est sententia, qui filphiæ feracem terram vult incipere ab insula Platea, & usque ad Hesperidas protendi. Sic in Melpomene. Εἰς δὲ μελπομένην καὶ τούτην τὴν Πλατεανήν οὐτοις ιππικήτων, τὸν ξυπνοῦν Κυρηναῖον, καὶ τὸν Ηπειρωτικόν Μενελαῖον λιμνῶν ισι, καὶ Αζερόν, τὸν οἰκουμενικόν, καὶ τὸ σιλφιον διπλὸν τοῦτον παρῆσει τὸ δέκα Πατέντην νότον, μήκετον σιγατόν τὸν Σύρην τὸ σιλφιον. In huius loci medio est insula Platea, ubi urbem condidere Cyrenai, atque in continentē est portus Menelaus & Azirus, quam Cyrenai incoluere, & deinceps filphium incipit, ab insula Platea pertingens usque ad fauces Syrtis. Herodoti sententiam & alii defendant, sed de hac quæstione videant Geographiæ periti.

Τὸν Σύρην.] Plinius loco citato, Id apud autores Graecie evidendissimos invenimus natū imbre picco repente mafacta tellure, circum Hesperidum hortos, Syriūque majorem, septem annis ante oppidum Cyrenarum, quod conditum est urbis nostrae anno 143. vim autem illam per quatuor milia stadium Africæ valuisse. Quod de imbre picoso ex Theophrasto narrat, id alibi examinavimus. Circa, inquit, Hesperidum hortos. Notat vir summus, in M. S. codicibus scribi, οὐδὲ τὸν Σύρην, οὐδὲ τὸν τὸν Ερεμεῖδων. Sic legiffe Plinius, negari non potest. Similem fermè lectionem habuit Doctissimus Gaza. Locum, inquit, Africæ amplum occupat, ampliorem quam quatuor stadiorum millia, in hortis Hesperidum ferunt. Sed majorem partem colligi apud Syrites. Sic Gaza; & melius quidem Plinius. Longius enim disti horti Hesperidum à Syrite. Quod cum probe nosset interpres, duobus locis Africæ, interpretatus est. Quod contra mentem Theophrasti est, qui non circa Hortos Hesperidum, sed circa urbem Hesperiam, Syriū vicinam dixit. Ευρωπέδη, apud Theophrastū de hortis Hesperidū capi nec debent, nec possunt. Horti Hesperidum fabulosi fuisse dicuntur ad Oceanum, non longè à Lixo oppido. Plinius libro 19. cap. 4. Sed & arbor est malva, in Mauritania Lixi oppidi effluvio, ubi Hesperidum horti fuisse producuntur, 200. passus ab Oceano, juxta delubrum Herculis, antiquius Gaditano, ut ferunt. Idem ferè lib. 4. cap. 1. Et ab ea 32. millibus pass. colonia à Claudio Casare facta Lixos, vel fabulosissimā ab antiquis narrata. Ibi regia Autai,